Annus XV - Vol. XV 5 Aprilis 1923 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: Constitutiones Apostolicae, p. 137; Litterae Apostolicae, p. 144; Epistolae, p. 148.

Acta SS. Congregationum: *Suprema S. C. S. Officii:* I. Litterae de ieiunio eucharistico ante Missam, p. 151. II. Monitum, p. 152. III. Comunicato, p. 152. - *S. C. Consistorialis:* I. Provisio Ecclesiarum, p. 153. II. Notificatio, p. 153. III. Designationes, p. 154. - *S. C. Concilii:* Ratisbonen. Duelli, p. 154. - *S. C. de Religiosis:* I. De Professione in articulo mortis, p. 156. II. Instrucción o elenco de cuestiones, p. 156. III. Approbationes, p. 166. - *S. C. de Propaganda Fide:* I. Decretum dismembrationis, p. 166. II. Nominationes, p. 167. - *S. C. Rituum:* I. Baiocen. De miraculis ven. Theresiae a Iesu Inf., p. 168. II. Ortonen. Confirmationis cultus S. D. Laurentii a Villamagna, p. 175. III. Romana. Introduct. Causae S. D. Laurentii M. a S. Francisco Xav., p. 173. IV. Baionen. De miraculis ven. Michaëlis Garicoïts, p. 176. - *S. C. pro Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis:* Extensio iurisdictionis, p. 179.

Acta Tribunalium: *Signatura Apostolica:* Romana. Incidentis, p. 180. - *S. R. Rota:* Casertana. Citatio edictalis, p. 186.

Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni generale e preparatoria - Segreteria di Stato: Nomine, onorificenze. - Maggiordomato: Nomine. - Necrologio, p. 188-192.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXIII

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, Lib. 12. — Extra Italiam, *Frs.* 15.
Unius fasciculi, Lib. 2 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XV, n. 4 - 5 Aprilis 1923)

ACTA PII PP. XI

Constitutiones Apostolicae

PAG.

I. *Romani Pontifices.* - Aversana. De erectione in Collegiatam ad honorem ecclesiae paroecialis Sancti Sosii martyris in civitate «Frattamaggiore». - *15 iulii 1922* 137

II. *Apostolica Sedes.* - Aversana. De erectione in Collegiatam ad honorem ecclesiae paroecialis Beatae Mariae Virginis Immaculatae in civitate «Frattamaggiore». - *16 iulii 1922* 141

Litterae Apostolicae

I. *Votivum templum.* - Ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae Poenitentis, Amiegavii, titulo ac dignitate basilicae minoris augetur. - *12 ianuarii 1923* 144

II. *Metropolitanum templum.* - Metropolitanum templum Sanctissimi Salvatoris Bahiae in Brasilia, ad basilicae minoris dignitatem evehitur. - *16 ianuarii 1923* 145

III. *Praeclarissima.* - Ecclesia paroecialis B. M. V. a Valle Florum in civitate Tremp, dioecesis Urgellensis intra fines, basilicae minoris titulo ac privilegiis augetur. - *23 ianuarii 1923* 146

IV. *Sanctuarium.* - Titulo ac privilegiis basilicae minoris honestatur sanctuarium Rhaudense Beatae Mariae Virginis Perdolentis, archidioecesis Mediolanensis. - *3 februarii 1923* 147

Epistolae

I. *Quam ediderae.* - Ad Emum P. D. Nicolaum diac. Sanctae Mariae in Domnica S. R. E. card. Marini: de eius opere titulo «Il Primato di S. Pietro e dei suoi successori in S. Giovanni Crisostomo». - *15 martii 1923* 148

II. *Un fatto di grave scandalo.* - Ad Emum P. D. Basilium episcopum Velitternum S. R. E. cardinalem Pompilj: de publicis precibus in Urbe indicendis ad divina Iesu Christi Redemptoris iura a recenti offensione illaesa reparanda. - *20 martii 1923* 150

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

I Litterae locorum Ordinariis datae, super ieiunio eucharistico ante Missam. - *22 martii 1923* 151

II. Monitum ad locorum Ordinarios. - *15 martii 1923* 152

III. Comunicato 152

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. Provisio Ecclesiarum 153

II. Notificatio de Ordinario Castrensi in Italia. *3 martii 1923* 153

III. Designationes pro appellatione 154

S. CONGREGATIO CONCILII

Ratisbonen. - Duelli. - *10 februarii 1923* . 154

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I. De Professione religiosa in articulo-mortis Novitiis vel Postulantibus permissa. - *30 decembris 1922* 156

PAG.

II. Instrucción o elenco de las cuestiones a que han de responder los Superiores y Superioras Generales de los Institutos de votos simples, en la relación que han de enviar a la Santa Sede cada cinco años. - *25 de marzo 1922* 158

III. Approbationes 166

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *Decretum.* - Regio de Bussambiro a vicariatu apostolico Unjanembensi separatur et vicariatui apostolico de Victoria Njanza adiicitur. - *15 martii 1923* . . 166

II. Nominationes 167

S. CONGREGATIO RITUUM

I. *Baionen. seu Lexovien.* - Decretum super miraculis ven. Servae Dei Sororis Theresiae a Iesu Infante, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, in monasterio Lexoviensi. - *11 februarii 1923* 168

II. *Ortonen.* - Confirmationis cultus Servi Dei Laurentii a Villamagna, sacerdotis professi Ordinis Minorum, Beati nuncupati. - *28 februarii 1923* 170

III. *Romana seu Sutrina.* - Introductionis causae beatificationis et canonizationis Servi Dei P. Laurentii Mariae a S. Francisco Xaverio, sacerdotis professi e Congregatione Clericorum Regularium Excalceatorum Sanctae Crucis et Passionis D. N. I. C. - *28 februarii 1923* . . . 173

IV. *Baionen.* - Decretum super miraculis Servi Dei Michaëlis Garicoïts, sacerdotis, fundatoris Congregationis Presbyterorum a Sancto Corde Iesu, vulgo «de Bétharram». - *19 martii 1923* 176

SACRA CONGREGATIO PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

Extenditur iurisdictio Delegati Apostolici Indiarum Orientalium. - *30 ianuarii 1923* 179

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Romana. - Sententiae incidentalis in causa nullitatis matrimonii (Garcia-Sylos). - *25 novembris 1922* 180

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: *Casertana.* - Nullitatis matrimonii (Mastroianni-Vendemmia). - *20 martii 1923* 186

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. S. Congregazione dei Riti: *Congregazioni Generale e Preparatoria* 188

II. Segreteria di Stato: *Nomine, onorificenze* 188

III. Maggiordomato di Sua Santità: *Nomine* . 191

IV. Necrologio 192

Annus XV - Vol. XV 5 Aprilis 1923 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

AVERSANA

DE ERECTIONE IN COLLEGIATAM AD HONOREM ECCLESIAE PAROECIALIS SANCTI SOSII MARTYRIS IN CIVITATE « FRATTAMAGGIORE ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices, de ecclesiarum omnium decore solliciti, ad eas praesertim, quae animarum curam adnexam habent, Apostolicam munificentiam extendere, easque ac personas illarum servitio addictas peculiaribus titulis ac praerogativis condecorare consueverunt, prout in Domino conspexerunt salubriter expedire, ad divini nominis exaltationem, ac ad fidelium devotionem excitandam.

Exhibita siquidem Apostolicae Sedi a dilecto filio Raphaele De Biase, parocho ecclesiae Sancti Sosii Martyris in civitate Fractamaiore dioecesis Aversanae, petitio continebat, ipsam civitatem conspicuam esse valde, a decem et octo millibus inhabitari incolis, commercio et industria florere, copioso cleri saecularis numero gaudere, plures inibi exstare ecclesias: earum tres paroeciales, inter quas eminet ecclesia matrix sancto Sosio Martyri dicata, quae convenientem praefert structuram, sacris supellectilibus sufficienter est instructa, et in qua religiose servantur corpora Ss. Martyrum Sosii et Severini; in eaque a parocho, adsistentibus decem sacerdo-

tibus, qui eidem inserviunt ecclesiae, eo, quo par est, cultu et decore sacrae peraguntur functiones.

Quum autem, sicut in eadem petitione adscribitur, ad sacrarum caeremoniarum maiestatem augendam, praefatus parochus, cui Episcopi Aversani vota accedunt, ecclesiae Sancti Sosii novum gloriae et honoris titulum adiici plurimum exoptet, supplices preces Apostolicae Sedi porrexit, ut memorata paroecialis ecclesia in collegiatam erigeretur, in eaque Capitulum constitueretur.

Nos autem, de consulto dilectorum filiorum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis consistorialibus praepositorum, attentis expositis, oblatis precibus annuendum censuimus; ac propterea, suppleto, quorum interest vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, Capitulum collegiale *ad honorem* in ecclesia S. Sosio Martyri sacra constituendum statuimus, ipsamque ecclesiam ad collegiatae dignitatem evehendam decernimus, ita ut ipsa Collegiata *ad honorem* nuncupari atque talis haberi possit ac valeat, atque omnibus iuribus et privilegiis, quibus aliae collegiatae ecclesiae utuntur, fruuntur et gaudent, pariter utatur, fruatur et gaudeat, his tamen servatis legibus et conditionibus.

Capitulum Archipresbytero constabit et decem aliis canonicis. Archipresbyter ipse erit praefatus Raphaël De Biase, hodiernus parochus matricis S. Sosii ecclesiae, qui titulo et honore archipresbyteratus decorabitur, et unica Capituli dignitas erit; et canonici renuntiabuntur ipsi decem sacerdotes, qui in praesenti eidem ecclesiae deserviunt, nomine et officio substituti, vicesubstituti, tabularii et sacristae.

Archipresbyteri-parochi insignia erunt rochetum cum manicis rubino colore subsutis et cappa magna, hiemali tempore muris pontici pellibus confecta, aestivo vero tempore ex tela serica rubini coloris; canonicorum autem insignia erunt rochetum pariter cum manicis rubino colore subsutis et mozzeta eiusdem coloris: tum Archipresbyter-parochus, tum canonici haec insignia gestare poterunt exclusive in sacris caeremoniis, quibus intersit totum Capitulum.

Archipresbyter, prout de iure, ceteros praecedet, substituti et vicesubstituti, quisque in ordine suo iuxta prioritatem possessionis, sequentur, ac demum venient tabularius et sacrista.

Praebenda singulis erit ipsa pensio, seu beneficium, quod ratione sui officii in paroecia modo assequuntur.

Firma nominatione eorum, qui in praesens matrici ecclesiae deserviunt, in futurum tum Archipresbyter-parochus, tum canonici, ad tramitem iuris communis eligentur. Canonici tamen amovibiles erunt ad nutum, eodem modo ac ceteri vicarii cooperatores, ita nempe ut nullam ulteriorem stabi-

litatem accipiant ex canonicatus honore, quo aucti sunt; et statim ac ab officio quod obtinent decedunt, hoc ipso etiam a canonici honore cadunt.

Quamvis autem matricis ecclesiae clerus in Capitulum constituatur, et ad aliquod chorale servitium (de quo infra) adigatur, nihilominus qua suum principale officium omnes semper habebunt et aestimabunt illud, quod usque modo exercuerunt in paroeciae et animarum curae exercitio; et idcirco quoties aliquis hac de causa, sicut ex alia legitima ratione, a chorali servitio impeditus fuerit, qua praesens in choro habebitur.

Chorale servitium vero hac ratione ordinetur: in die Natali D. N. Iesu Christi, Resurrectionis, Pentecostes, B. Mariae Virginis in coelum Assumptae, et S. Sosii Martyris, nec non feria V, VI et sabbato hebdomadae maioris integrum chorale officium, demptis tamen primis vesperis, cum Missa conventuali cantata celebrabitur; ceteris vero festis de praecepto aliisque paucis in anno solemnioribus ab Episcopo, audito Capitulo, designandis, minores tantum Horae, Prima scilicet, Tertia, Sexta et Nona, recitabuntur cum Missa conventuali lecta aut cum cantu, iuxta statuta a Capitulo conficienda et ab Episcopo approbanda. In praesenti et usque dum specialis fundus ad hoc non fuerit constitutus, Missa pro benefactoribus non habebitur, et unica Missa parochiali pro populo huic oneri satisfiet.

Quo autem diligentiores in muneribus suis adimplendis praemio aliquo temporali afficiantur, et segniores redarguantur, Episcopus, audito Capitulo, mulctam aliquam praefiniat contra negligentes in chorali aliove ecclesiae et paroeciae servitio, iuxta regulam in similibus consuetam et pro rata redituum, quos quisque percipit.

In solemnibus functionibus, in processionibus, in exsequiis, quibus intersit etiam Capitulum collegiale Immaculatae Conceptionis B. M. V., praecedentiam semper ad Capitulum S. Sosii spectabit.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

His omnibus, ut supra, constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Septimium Caracciolo di Torchiarolo, Episcopum Aversanum, cum facultatibus necessariis et opportunis ut per se, vel per alium virum, ecclesiastica dignitate praeditum, subdelegandum, ea omnia facere ac decernere possit, quae ad praemissarum rerum exsecutionem pertinent, facto ei onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, intra sex menses a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis transmittendi.

Mandamus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus, vel ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo has Litteras Nostras erectionis, evectionis, derogationis et voluntatis infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die decimaquinta mensis iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

✠ C. Card. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. C. Consist. Secretarius.

O. Card. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXVI, n. 32.

II

AVERSANA

DE ERECTIONE IN COLLEGIATAM AD HONOREM ECCLESIAE PAROECIALIS BEATAE MARIAE VIRGINIS IMMACULATAE IN CIVITATE « FRATTAMAGGIORE ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes, quoties eidem se praebuit occasio, numquam destitit ea decernere ac sua auctoritate communire, quae ad divinum cultum augendum et ad ecclesiastici ordinis in sacro ministerio operam promovendam opportuna videbantur.

Cum itaque nonnulli e civitate Fractamaiore in dioecesi Aversana pii et benefici christifideles, religionis studio ac prona liberalitate spoponderint se collaturos subsidia eum in finem ut in ecclesia Immaculatae Conceptioni Beatae Mariae Virginis dicata collegium canonicorum institueretur, qui praeter officium laudes Altissimo persolvendi, catecheticam populi institutionem, tamquam praecipuam et permanentem obligationem, curarent, ac, suffragante venerabili fratre hodierno Episcopo Aversano, Nos exoraverint, ut hisce votis benigne annuere vellemus, Nos, omnibus perpensis, de consulto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, oblatas preces benigne excipiendas censuimus. Propterea, de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel sua interesse praesumant, consensu, Capitulum collegiale *ad honorem* in praefata ecclesia Immaculatae Conceptionis B. M. V. constituendum statuimus, ipsamque ecclesiam proinde ad Collegiatae dignitatem evehendam decrevimus, cum omnibus iuribus ac privilegiis, quae Capitulis collegialibus sunt propria, sub modo tamen et legibus, quae sequuntur.

Capitulum sex canonicis constabit, quorum primus erit ipse, qui nunc est, ecclesiae rector, qui canonici Prioris titulum nomenque assumet; et, qua prima et unica dignitas, Capituli caput erit ceterosque praecedet, dum ceteri iuxta prioritatem possessionis sequentur.

Pro maiore ecclesiae decore et ornamento concedimus Priori usum rocheti cum manicis rubino colore subsutis et cappae magnae, hiemali tempore muris pontici pellibus confectae, aestivo vero tempore ex tela serica rubini coloris; canonicis autem usum rocheti pariter cum manicis

rubino colore subsutis et mozzetae eiusdem coloris; quae tamen insignia deferre omnes poterunt exclusive durante munere et in sacris functionibus, quibus intersit totum Capitulum.

Dos Collegiatae Ecclesiae, e qua canonici Prioris ceterorumque canonicorum praebenda, congruae pro divino cultu et fabrica expensae desumendae sunt, ipsi erunt reditus, qui nunc habentur et oblationes fidelium; quarum administratio et opportuna divisio in singulos singulasque causas peragenda erit sub vigilantia ac dependentia Episcopi pro tempore. Praebendam vero Prior et canonici percipient in remunerationem munerum (de quibus infra) quae auxilio ministerii parochialis exercere tenentur.

Firma nominatione eius, qui modo rector ecclesiae est sac. Vincentius Pezzullo, quique per has praesentes Litteras Prioris officium et dignitatem assumet, ceteri canonici pro prima vice libere ab Episcopo nominabuntur: in posterum collatio tum prioratus tum aliorum canonicatuum fiet ad tramitem iuris communis.

Priori onus incumbit curandi, qua rector ecclesiae, ea omnia quae ad eius statum tum religiosum, tum materialem spectant, et, qua Capituli caput, vigilandi et providendi, ut omnes officia sibi debita adimpleant. Singulis vero, vi fundationis et praesentis Constitutionis, officium inerit explanandi pueris et adultis christianam doctrinam seu catechesim: quod ministerium unus in matrice Sancti Sosii ecclesia, ceteri in singulis aliis civitatis parochialibus ecclesiis exercebunt iuxta modum ab Ordinario prudenter statuendum, auditis interesse habentibus. Omnes pariter parati erunt, aut se disponent ad praedicationis ministerium et sacramentalium confessionum officium suscipiendum iuxta prudens Ordinarii iudicium, servatis regulis a iure statutis.

Insuper Prior ceterique canonici, omnibus diebus festis et de praecepto aliisque in anno solemnioribus ab Episcopo, audito Capitulo, determinandis, Horas minores, nempe Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, recitabunt; Missamque conventualem, sive lectam sive cum cantu, iuxta statuta, a Capitulo conficienda et ab Episcopo approbanda, dictis diebus per turnum celebrabunt, reservata canonico Priori celebratione diebus festis solemnioribus. In festivitate vero solemnitatis Immaculatae Conceptionis B. M. V. integrum officium divinum cum primis vesperis habebunt: eademque die quotannis Prior, aut alius canonicus, nomine totius Collegiatae Capituli, offeret matrici Sancti Sosii ecclesiae in obsequii signum cereum ponderis trium librarum.

Insuper Capitulum interesse debebit processionibus, quae die festo Corporis Christi eiusque octavae, in festo S. Sosii Martyris, S. Marci Evan-

gelistae et Rogationum, a Capitulo Sancti Sosii, cui hoc ius exclusive reservatum est, indicentur et intimabuntur.

Verum, quo diligentius unusquisque officiis sibi debitis fungatur, Episcopus, audito Capitulo, punctaturam aliquam praestituat in negligentes, sive in catechesi tradenda aliove officio implendo, sive in chorali servitio persolvendo. Legitime impediti, iuxta iuris normas, praesentes habebuntur: dum pars, quae a negligentibus amittitur, diligentibus accrescet.

Missa conventualis, si reditus proprii habeantur, applicabitur per turnum diebus, quibus chorale servitium habebitur, reservata tamen applicatione diebus solemnioribus canonico Priori.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Septimium Caracciolo di Torchiarolo, hodiernum Episcopum Aversanum, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronunciandi super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura: iniuncta eidem obligatione, intra sex menses a subsignata die computandos, transmittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die decima sexta mensis iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

✠ C. Card. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. C. Consist. Secretarius.

O. Card. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXVI, n. 33.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA SANCTAE MARIAE MAGDALENAE POENITENTIS, ANDEGAVII, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Votivum templum sub titulo Sanctae Mariae Magdalenae Poenitentis, ob urbem ab hostili incursione servatam Andegavensi in civitate erectum, tam molis amplitudine quam structurae nobilitate et mirificis artis operibus enitet. Marmorea signa, depictae tabulae, pretiosa sacra suppellex, aurea atque argentea vasa, domus Dei splendorem adaugent; et frequens templo inservit clerus, quod potissimum mense iunio in honorem Sacratissimi Cordis Iesu sollemnibus supplicationibus et peregrinationibus lustrant fideles. Quae cum ita sint, cum Andegavensis Episcopus, cleri populique sui vota expromens, Nos enixis precibus rogaverit, ut hanc sacram aedem, pietatis gratique animi perenne pignus ac monumentum, ad Basilicae minoris dignitatem evehere de Nostra benignitate velimus, Nos optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Itaque, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam titulo Sanctae Mariae Magdalenae Poenitentis, Andegavensi in urbe, exstantem, titulo ac dignitate Basilicae minoris augemus et cohonestamus, illique facultates et privilegia omnia tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Pe[illegible]m, sub anulo Piscatoris, die XII ianuarii, anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

METROPOLITANUM TEMPLUM SSMI SALVATORIS BAHIAE IN BRASILIA, AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Metropolitanum templum primae in Brasilia sedis, archidioeceseos nempe Bahiensis, quod Ssmo Salvatori dicatum a tertio generali Moderatore Brasiliae Mendo de Sá exstructum fuisse fertur anno reparatae salutis MDLXX, molis amplitudine, nobilitate structurae et artis operibus conspicuum, iure meritoque accenseri potest inter praecipua ditionis illius monumenta. Et non modo vetustate, sed fidelium quoque religione haec sacra aedes praestat; in ea enim recolitur celeberrima imago Beatae Mariae Virginis ad instar depicta illius iconis sancto Lucae tributae, quae exstat in Urbe; et usque adhuc servat vestigia sanguinis Beati Ignatii de Azevedo. Iamvero, cum eiusdem metropolitani templi Capituli canonici supplici prece Nos flagitent, ut ipsam aedem ad Basilicae minoris dignitatem evehere velimus, hasque preces cumulent et ornent suffragia tum purpurati S. R. E. Principis Caietani de Lai, Congregationis Consistorialis Secretarii, tum venerabilis fratris Bahiensis Archiepiscopi, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimamus. Quam ob rem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, auctoritate Nostra apostolica, tenore praesentium, metropolitanam ecclesiam Bahiensem in Brasilia, Ssmo Salvatori dicatam, Basilicae minoris titulo ac dignitate cohonestamus, illique privilegia, facultates atque honorificentias omnia tribuimus quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Porro haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI ianuarii, anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

ECCLESIA PAROECIALIS B. M. V. A VALLE FLORUM IN CIVITATE TREMP, DIOECESIS URGELLENSIS INTRA FINES, BASILICAE MINORIS TITULO AC PRIVILEGIIS AUGETUR.

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclarissima inter monumenta quibus Urgellensis dioecesis nobilitatur iure meritoque accensendum est vetus atque insigne templum paroeciale civitatis *Tremp* in comitatu olim *Pallars* cui nomen factum. Hoc templum sive celeberrimum sanctuarium Beatae Virgini Mariae a Valle florum sub titulo dicatum, primis christianae aetatis saeculis exstructum, saepe ab infidelibus eversum fuit et ab incolis Trempensis civitatis iterum iterumque aedificatum, auspice in primis Carolo Magno, qui anno reparatae salutis DCCLXXXVII amplissimo illud canonicorum ordine auxit, nec non curantibus piissimis comitibus e Pallars, qui in suo testamento, anno MLXXVIIII conscripto sanctuarium ipsum « ecclesiam matrem » appellarunt illudque magnis opibus locupletarunt. Nec minus sacram eandem aedem privilegiis singularibus auxerunt ditaruntque sedis Urgellensis Antistites, quos inter memorare iuvat Bernardum, qui Pallarsiensem ecclesiam restauravit, et Raymundum, qui praeclara ipsi ecclesiae addidit privilegia eo ductus consilio, nimirum quia inibi Dominus Iesus Christus, piis precibus et meritis sanctissimae Genitricis suae, mirabilia operatur. In praesens etsi eadem ecclesia Capitulo canonicorum haud amplius gaudeat, nihilominus inter ceteras sacras aedes universae dioecesis eminet, tam magnificentia artis operum, quibus renidet, et nobilitate structurae, quam divini cultus splendore et fidelium pietate ac frequentia. Quare, cum Urgellensis Episcopus, vota expromens tam civium Trempensis urbis, quam cleri populique totius dioecesis suae, Nos enixis precibus flagitaverit, ut dictam aedem paroecialem ad Basilicae minoris dignitatem evehere de Nostra benignitate velimus, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quamobrem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, ecclesiam paroecialem in honorem B. M. V. a Valle florum Deo dicatam, Urgellensis diocesis intra fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestamus, illique honorificentias omnes ac privilegia tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII ianuarii, anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR SANCTUARIUM RHAUDENSE BEATAE MARIAE VIRGINIS PERDOLENTIS, ARCHIDIOECESIS MEDIOLANENSIS.

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctuarium sub titulo Perdolentis Virginis in oppido *Rho*, archidioecesis Mediolanensis intra fines, a divo Carolo Borromaeo ad perennandam mirandi prodigii memoriam erectum, antiqua gentium religione celeberrimum, ad quod confluunt turmatim, non solum ex universa Longobardia, sed e dissitis quoque locis, fideles praesentem Virginis opem implorantes, molis quoque amplitudine et artis operum splendore inter potiora nobilis illius regionis templa iure meritoque accenseri potest. Hoc etiam ad sanctuarium, tam ex universa Mediolanensi archidioecesi quam e finitimis dioecesibus, conveniunt sacerdotes sub Virginis patrocinio spiritualibus exercitationibus operam daturi; et, nunc quidem ad sublimem Principis Apostolorum cathedram evecti, suavi recordatione recreamur Nos ipsos pluries de tali numero fuisse. Praeterea notum compertumque est Nobis, Oblatos Missionarios a Sancto Carolo sedulo studio eodem in templo sacrum implere ministerium, pietatemque christianae plebis fovere atque augere. Placet ergo Nobis sanctuarium tot tantisque memoriis cordi Nostro carissimum singulari titulo privilegiisque illustrare; idque non minus gratum acceptumque fore confidimus dilecto filio Nostro Eugenio S. R. E. Presbytero Cardinali Tosi, qui Mediolanensem sedem in praesens moderatur. Quare, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, sanctuarium a Virgine Perdolente oppidi *Rho*, archidioecesis Mediolanensis intra fines, ad Basilicae

minoris gradum evehimus illique titulum et privilegia omnia tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III februarii, anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. NICOLAUM DIAC. SANCTAE MARIAE IN DOMNICA S. R. E. CARD. MARINI: DE EIUS OPERE TITULO « IL PRIMATO DI SAN PIETRO E « DEI SUOI SUCCESSORI IN S. GIOVANNI CRISOSTOMO ».

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. – Quem ederas anno MDCCCCXIX librum, titulo « Il Primato di S. Pietro e de' suoi « Successori in S. Giovanni Crisostomo », et fel rec. decessori Nostro Benedicto XV, uti aequum erat, dicaveras, eumdem, recognitum atque auctum, iterumque exeunte superiore anno typis mandatum, Nobis nuper obtulisti, officiosissimis litteris in fronte eius inscriptis, quibus rogabas bene operi tuo diceremus. Atque idcirco, dilecte fili Noster, rogabas, quod pie sancteque confideres, accedente ad vim tractationis argumentorumque divina per Nos gratia, posse Orientales a catholica Ecclesia disiunctos, eos saltem qui sola veritatis ignoratione implicarentur, considerate legendo, ad Romani Pontificis complexum gradatim revocari. In quo minime est dubitandum, quin, si sanctorum ex Oriente Patrum, iidem, nullis praeiudicatis opinionibus, disertissima expenderent de Petri successorumque eius Primatu testimonia, inceptum illud coniunctionis Ecclesiarum orientalium cum Romana restituendae, quod nullo non tempore decessores Nostri, re-

centiores praesertim, persecuti sunt studiosissime, multo facilius citiusque succederet. Hanc ipsam quidem causam in comperto est te, dilecte fili Noster, iam dudum pro viribus agere, edito potissimum statis temporibus commentario quem a Bessarione nuncupasti, in eoque per partes te scripta evulgasse quae deinde in volumen Nobis, ut diximus, oblatum, non sine praeclara utilitate collegisti. Etenim magni intererat, id omne haberi apte collectum et ante oculos positum, unde Ioannis Chrysostomi mens et sententia de Primatu Romanae Ecclesiae perspicua exsisteret atque emineret: Chrysostomi illius, inquimus, cuius vox vocem refert ac reddit non modo Constantinopolitanae Ecclesiae, cui gloriose praefuit, et Antiochenae, e qua prodiit, sed etiam totius Ecclesiae Graecae totiusque antiquitatis Orientalium christianae. Doctrinam autem Chrysostomi ita exponis atque interpretaris, ut, postquam ostendisti, illum id ipsum sentire quod nos plane sentimus omnes, Primatum scilicet, Petro attributum, non quodam constare honoris praeeminentiaeque, ut aiunt, principatu, sed iure omnes docendi regendique Ecclesias, eundemque in eos qui Petro legitime succedunt divina voluntate transmitti, tum vero, quae ab adversariis, nonnullos Chrysostomi locos perperam intellegentibus, opponuntur, ea disputando reiicias ac diluas. Ad haec autem addis argumentum sane firmissimum ex rebus Chrysostomi gestis depromptum, ex quo liquet, ipsum, quae de Primatu sentiret, re comprobasse. Cum enim vidisset, Antiochenum schisma, ex eo ortum quod tres uno tempore episcopi illam sibi sedem vindicarent, nullo pacto conciliari posse, ad Siricium Pontificem per legatos confugit, cuius auctoritate res tandem compositae sunt; idemque cum, iniqua sententia, de Patriarchatu Constantinopolitano deiectus esset exsilioque mulctatus, ad Innocentium I provocavit. De utraque hac, aliisque Orientalium ad Sedem Romanam provocationibus, disserendo, aliquibus appendiculis subiunctis, finem operis tui facis. In qua quidem tractatione cum studium placuit agnoscere, quo flagras, orientales revocandi populos ad Ecclesiae unitatem, tum doctrinae copiam iudiciique vim dilaudamus. Quod autem, iis ipsis, quas volumini praeposuisti, litteris Nobis optabas, ut opus, hoc in genere a decessoribus inchoatum, perficere aliquando Nobismet ipsis liceret, id grato accipimus animo et benignissimo Deo, ut compleri id ipsum iubeat, precibus commendamus. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis martii anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

II

AD EM̃UM P. D. BASILIUM EPISCOPUM VELITERNUM S. R. E. CARDINALEM POMPILJ: DE PUBLICIS PRECIBUS IN URBE INDICENDIS AD DIVINA IESU CHRISTI REDEMPTORIS IURA A RECENTI OFFENSIONE IISDEM ILLATA REPARANDA.

Signor Cardinale,

Un fatto di grave scandalo al popolo romano e di profondo dolore a tutte le anime cristiane è avvenuto, come Ella sa, in Roma stessa, e in una sede antica di studio e di educazione cristiana della gioventù: la celebrazione cioè di uno scrittore che deve sovratutto la fama alle empie e blasfeme sue pubblicazioni sulla divina Persona e sulla vita di Gesù Cristo; celebrazione fattasi purtroppo anche altrove ed annunziata prima e commentata poi dalla stampa.

Sentendo pertanto il dovere di procurare qualche riparazione all'offesa fatta al Nostro adorabile Salvatore ed al danno recato alle anime e specialmente all'incauta gioventù, affidiamo a Lei, Signor Cardinale, il mandato di indire, nel modo che Ella crederà opportuno, una funzione riparatrice per la prossima Domenica delle Palme, nella quale la Chiesa ricorda l'ingresso in Gerusalemme di Cristo, vero Dio e vero Uomo, Nostro Re e Salvatore.

Ed impartiamo ben di cuore a Lei, Signor Cardinale, ed a tutti i fedeli del Nostro caro popolo di Roma, l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 20 marzo 1923.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

LITTERAE, LOCORUM ORDINARIIS DATAE, SUPER IEIUNIO EUCHARISTICO ANTE MISSAM.

Illm̃e ac Revm̃e Domine,

Optime novit Amplitudo Tua qua diligentissima cura legem ecclesiasticam ieiunii eucharistici, praesertim quod attinet ad sacerdotes sacrosanctum Missae sacrificium celebraturos, Sancta haec Apostolica Sedes semper tuita sit; nec dubitandum quin et in posterum eius observantia generatim urgeri debeat. Sed ne forte ex lege ecclesiastica qua reali Corpori Christi debitum praestatur obsequium, Corpus Christi mysticum seu animarum salus detrimentum capiat, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, ex animo perpendens multitudinem officiorum quibus sacerdotes diebus festis incumbere debent ad commissum sibi gregem salutari pabulo enutriendum; et quod ob cleri penuriam multi ex eis Sanctae Missae celebrationem iterare coguntur; idque non raro in locis longe dissitis, aditu difficilibus, inclementi aeris temperie divexatis, vel in aliis contrariis rerum et locorum adiunctis; decrevit in certis casibus et sub determinatis conditionibus eamdem ieiunii legem per opportunas dispensationes aliqua ex parte mitigare.

Quoties igitur sacerdotes, iuxta can. 806, 2, Missam eodem die iterare aut etiam tardiore hora ad Sacrum Altare accedere necesse habeant; siquidem sine gravi damno ieiunii eucharistici legem, vel infirmae valetudinis causa, vel propter nimium sacri ministerii laborem, aliasve rationabiles causas, ad rigorem servare nequeant; Supremae huic Congregationi locorum Ordinarii, omnibus rerum adiunctis diligenter expositis, recurrere poterunt. Quae pro diversitate casuum (sive cum singulis Ipsamet dispensando, sive, quando vera ac probata necessitas id omnino suadeat, habituales quoque facultates ipsis Ordinariis tribuendo) opportune providebit. Quae quidem facultates pro casibus urgentioribus, in quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem, iam ex nunc Amplitudini Tuae conceduntur, per Te ipsum, graviter onerata conscientia, exercendas: hisce tamen sub conditionibus, ut nonnisi aliquid per modum potus, exclusis inebrian-

tibus, sumere permittatur; efficaciter scandalum removeatur; ac quamprimum S. Sedes de concessa dispensatione certior fiat.

Gravissimae demum huius legis relaxationem solum concedendam esse scias, quum spirituale fidelium bonum id exigat, non vero ob privatam ipsius sacerdotis devotionem aut utilitatem.

Haec ad pastorale Tibi ministerium facilius utiliusque reddendum, probante Ssmo Domino Nostro Pio PP. XI, decreta, dum libens tecum communico fausta quoque ac felicia Tibi adprecor a Domino.

Romae, ex aedibus Sancti Officii, 22 martii 1923.

R. Card. Merry del Val, *Secretarius.*

II

MONITUM AD LOCORUM ORDINARIOS

Accidit non infrequenter ut scriptores, etiam qui ut boni catholici vulgo habentur, in foliis quotidianis vel periodicis laudent, magnificent, adprobent libros, scripta, picturas, sculpturas aliave id genus ingenii et artis opera catholicae doctrinae seu christiano sensui contraria, quandoque etiam a Sancta Sede expresse reprobata.

Quam grave inde, si Pastores animarum haec inobservata et impunita relinquant, fidelium scandalum cum fidei morumque detrimento oriri possit, facile intelligitur. Quod ne fiat Suprema haec S. Congregatio S. Officii, adprobante Ssmo D. N. Pio Pp. XI, locorum Ordinarios admonendos censet, ut pro eorum munere erga scriptores huiusmodi, si quos forte inter proprios subditos adesse compererint (praecipue si de clero seu saeculari seu regulari), sive per se sive adhibita quoque Consiliorum vigilantiae cooperatione, non omittant quas efficaciores in Domino iudicaverint, nulla interiecta mora, providentias adhibere.

Romae ex aedibus S. Officii, 15 martii 1923.

R. Card. Merry del Val, *Secretarius.*

III

COMUNICATO

Si rende noto che il sac. Tommaso Sasso, della diocesi di Bisceglie (Trani), con formale sentenza del Supremo Sacro Tribunale del Santo Uffizio, è stato condannato alla pena della degradazione, a termine del canone 2305 del Codice di diritto canonico, con la ingiunzione di deporre l'abito ecclesiastico.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssm̃us Dn̄us Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

2 martii 1923. — Titulari episcopali Ecclesiae Vallitanae praefecit R. P. D. Ferdinandum Brossart, hactenus Episcopum Covingtonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Oleastrensi, R. D. Antonium Videmari, parochum ecclesiae B. M. V. de Lourdes, in civitate Mediolanensi.

— Cathedrali Ecclesiae Bovensi, R. D. Andream Taccone, archipresbyterum Capituli Cathedralis Oppidensis, ibique Seminarii rectorem.

7 martii. — Cathedrali Ecclesiae de Socorro, R. P. D. Leonidam Medina, hactenus Episcopum titularem Chamachensem.

9 martii. — Cathedrali Ecclesiae Campivallensi, R. P. Dominicum M. Rouleau, O. P. in Canadensi Dominio Praepositum Provincialem.

16 martii. — Cathedrali Ecclesiae Tehuantepecensi, R. D. Ianuarium Mendez y del Rio, Protonotarium Apostolicum *ad instar* et archipresbyterum Basilicae Guadalupensis in archidioecesi Mexicana.

24 martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tamiathensi, R. P. D. Aloisium Pellizzo, hactenus Episcopum Patavinum.

26 martii. — Cathedrali Ecclesiae Covingtonensi, R. D. Franciscum Howard, parochum ecclesiae Ssm̃i Rosarii in civitate Columbensi.

27 martii. — Cathedrali Ecclesiae Bovinensi R. P. Sebastianum Cuccarolo, ex O. F. M. Capuccinorum, parochum ecclesiae B. M. V. in caelos Assumptae, civitatis Adriensis.

4 aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae, R. P. D. Michaëlem Zezza, hactenus Archiepiscopum Ancyranum.

II

NOTIFICATIO

DE ORDINARIO CASTRENSI IN ITALIA

Avendo Mons. Angelo Bartolomasi data rinuncia dall'ufficio di Vescovo Castrense per l'Italia, ed essendovi tuttavia dei Cappellani sia per la milizia, sia per la marina, affinchè questi non manchino d'un Superiore

gerarchico, il Santo Padre si è degnato di deputare a capo dei medesimi Monsig. Michele Cerrati, Vescovo titolare di Lidda (residente in Roma, *Via della Scrofa, n. 70*) con facoltà di eleggere un suo Vicario che lo rappresenti.

Roma, dalla Segreteria della S. C. Concistoriale, 2 marzo 1923.

III

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594, § 2 *Codicis Iuris Canonici:*

Rm̃us Archiep. Burdigalensis designavit Ordinarium Agennensem.

Rm̃us Archiepiscopus Aquensis designavit Ordinarium Massiliensem.

Rm̃us Archiep. Zagrabiensis designavit Ordinarium Vrhbosnensem.

Rm̃us Administrator Apostolicus Silesiae Polonicae designavit Ordinarium Posnaniensem.

Quas designationes Ssm̃us D. N. Pius Pp. XI per decreta Sacrae Congregationis Consistorialis approbare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

RATISBONEN.

DUELLI

Die 10 februarii 1923

QUAESTIO. – Ordinarius Ratisbonen., his litteris ad Sanctam Sedem missis, sequentis dubii solutionem petiit: « Sacra Congregatio Concilii, reso- « lutione die 9 augusti 1890 ad Episcopum Wratislaviensem data, duella, « ut fere his temporibus inter Universitatum studiosos committuntur et « " mensurae „ dicuntur, non ludis temerariis vel exercitationibus, sed « veris duellis accensuit. Ita controversia in Germania diu agitata iam « finita videbatur, et unanimiter censuram Constitutione *Apostolicae Sedis* « n. 17 statutam etiam eos incurrisse iudicabatur, qui monomachiam sub « specie *mensurae* patraverant.

« At post promulgationem Codicis iuris canonici rediit dissensio inter « canonistas, imo ipsas inter curias episcopales. Alii nempe verbum " duel-

« lum „ can. 2351 interpretantur iuxta supra laudatam resolutionem Sacrae « Congregationis Concilii, alii strictissime intelligunt, proindeque si agatur « de " mensuris „, vel iuxta axioma " odiosa sunt restringenda „ censurae « existentiam omnino negant, vel saltem, nixi canone 2245, 4, reservatio- « nem non agnoscunt.

« Varia variorum sacerdotum sententia et praxis non solum adolescen- « tium animos perturbat, sed etiam disciplinam ecclesiasticam ludibrii « periculo exponere videtur.

« Quare humillime petitur solutio quaestionis:

« An resolutio Sacrae Congregationis Concilii data in Wratislavien., « *Irregularitatis*, diei 9 augusti 1890, hodiedum vigeat, in casu ».

ANIMADVERSIONES. – Resolutio de qua in praemissis reapse data fuit ab H. S. C. occasione cuiusdam dubii propositi ab Ordinario Wratislavien., qui anno 1890 retulit quod nonnulli clerici in Seminario diocesano degentes, cum antea in Universitate Wratislavien. studiis vacassent, duellorum, ea ratione et forma quae describebatur, i. e. cum periculo dumtaxat vulneris, initorum, vel actores vel complices exstiterint. Cum igitur de iisdem ad sacram tonsuram et Ordines admittendis ageretur, dubitari coepit an et quanam irregularitate irretiti essent, utrum videlicet ex defectu famae an ex defectu lenitatis, cum irregularitas ex homicidio, cessante periculo mortis vel mutilationis, manifesto a casu exsularet. Itaque propositum fuit dubium: « An, a quibus et ex quonam titulo irregularitas « contrahatur, quando duellum ea ratione committitur, quo his tempori- « bus inter Germaniae Universitatis alumnos fieri solet in casu ». Et in comitiis die 9 augusti 1890 Sacra Congr. Concilii rescripsit: *Affirmative, a duellantibus eorumque patrinis, ex infamia iuris.*

Nunc ab Ordinario Ratisbonen. quaeritur: *An haec resolutio Sacrae Congr. Concilii adhuc valeat.* Videtur, equidem, respondendum nihil per Codicem iuris canonici esse de valore resolutionis Sacrae Congregationis Concilii 9 augusti 1890 detractum.

Et res indubia exsistit consideranti quod nihil hac in re Codex innovavit de vetere disciplina, multoque minus novam definitionem criminis duelli dedit; quin imo eadem usurpavit verba, quibus Const. *Apostolicae Sedis* usa est ad duellantes eorumque patrinos poena plectendos. Ita sane canon 2351: « duellum perpetrantes aut simpliciter ad illud provo- « cantes vel ipsum acceptantes vel quamlibet operam vel favorem praeben- « tes, necnon de industria spectantes illudque permittentes vel quantum « in ipsis est non prohibentes, cuiuscumque dignitatis sint, subsunt », etc. In Const. *Apostolicae Sedis* unice verbum « etsi regiae » adiectum est aliis

« cuiuscumque dignitatis », sed in ceteris iuris dispositio in nullo discrepat a canone citato. Quare, etc.

RESOLUTIO. – Porro Emi Sacrae Congregationis Concilii Patres in plenariis comitiis die 10 februarii 1923 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, ad suprascriptum dubium respondendum censuere: *Affirmative.*

Quam resolutionem, referente postmodum infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, Ssmus Dñus Noster Pius PP. XI approbare et confirmare dignatus est.

B. Colombo, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

DE PROFESSIONE RELIGIOSA IN ARTICULO MORTIS NOVITIIS VEL POSTULANTIBUS PERMISSA.

Iam inde a Codicis promulgatione dubium exortum est: « An decre« tum quod incipit *Spirituali consolationi*, a Sacra Congregatione de Reli« giosis editum sub die 10 septembris 1912, adhuc vigeat » praecipue cum in Codice iuris canonici nulla mentio de professione in articulo mortis fiat. Cumque instantissime ab hac Sacra Congregatione peteretur, tam in particularibus casibus, quam in novis Constitutionibus condendis, ut facultas per supradictum decretum concessa renovaretur, res definienda visa est.

Quapropter, plurium Consultorum praerequisito voto, Emi Patres Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in Plenariis comitiis ad Vaticanum habitis die 29 decembris 1922, re mature perpensa, ad propositum dubium respondendum censuerunt: « *Affir« mative*, at declarandum, si ita SSmo placuerit, quod facultas recipiendi « professionem, de qua in n. 2 decreti, praeter Superiorem monasterii aut « domus novitiatus vel probandatus, intelligatur competere etiam ad re« spectivos Superiores maiores iuxta Constitutiones, et ad praedictorum « omnium delegatos ».

Quam sententiam SSmus D. N. Papa div. Prov. Pius XI, in audientia habita ab infrascripto P. Abbate Secretario die 30 decembris ejusdem anni, in omnibus approbavit et publici iuris fieri mandavit.

Opportunum autem visum est praedicti decreti dispositiones ad sensum resolutionis Emorum Patrum accommodatas, in memoriam revocare eum in finem ut tam benigna Sedis Apostolicae concessio omnibus interesse habentibus prodesse valeat.

Illae autem sunt tenoris sequentis: [1]

In quocumque Ordine, vel quavis Congregatione aut Societate religiosa, vel monasterio sive virorum sive mulierum, vel etiam in Institutis in quibus, quamvis vota non emittantur, in communi tamen vita agitur, more Religiosorum, liceat exinde Novitios seu Probandos, qui medici iudicio graviter aegrotent, adeo ut in mortis articulo constituti existimentur, ad professionem vel consecrationem aut promissionem iuxta proprias Regulas seu Constitutiones admittere, quamvis tempus novitiatus vel probationis nondum expleverint.

Attamen, ut novitii seu probandi ad supradictam professionem aut consecrationem aut promissionem admitti queant, oportet:

1. Ut novitiatum seu probationem canonice inceperint.

2. Superior qui Novitium seu Probandum ad professionem vel consecrationem aut promissionem admittit, praeter Superiores Majores respectivos, quibus ex praescripto Constitutionum competit, esse possit etiam ille qui monasterium, vel novitiatus aut probandatus domum actu regat, aut praedictorum Superiorum delegatus.

3. Formula professionis vel consecrationis aut promissionis sit eadem quae in Instituto extra casum aegritudinis in usu est; et vota, si nuncupentur, sine temporis determinatione aut perpetuitate pronuntientur.

4. Qui huiusmodi professionem, consecrationem vel promissionem emiserit, particeps erit omnium omnino indulgentiarum, suffragiorum et gratiarum, quae Religiosi vere professi in eodem Instituto decedentes consequuntur; eidem autem plenaria peccatorum suorum indulgentia et remissio in forma Iubilaei misericorditer in Domino conceditur.

5. Haec professio vel consecratio aut promissio, praeter gratias in praecedenti articulo enuntiatas, nullum omnino alium produci effectum.

Proinde:

A) Si Novitius seu Probandus post huiusmodi professionem vel consecrationem aut promissionem intestatus decedat, Institutum nulla bona vel iura ad ipsum pertinentia sibi vindicare poterit;

B) si convalescat antequam tempus novitiatus seu probandatus exspiret, in eadem omnino conditione versetur ac si nullam professionem emisisset; ideoque: *a*) libere, si velit, ad saeculum redire poterit; et *b*) Su-

[1] Cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, IV (1912), pag. 589 s.

periores illum dimittere valent; *c*) totum novitiatus seu probandatus tempus in singulis Institutis definitum, licet sit ultra annum, explere debet; *d*) hoc tempore expleto, si perseveret, nova professio seu consecratio vel promissio erit emittenda.

Declarat denique haec Sacra Congregatio, nihil obstare quominus praedictae dispositiones etiam in Constitutiones Ordinum et Congregationum inseri valeant, si hoc Instituta ipsa postulent.

Romae, ex Sacra Congregatione de Religiosis, die 30 decembris 1922.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Maurus M. Serafini Ab. O. S. B., *Secretarius.*

II

INSTRUCCION

O ELENCO DE LAS CUESTIONES A QUE HAN DE RESPONDER LOS SUPERIORES Y SUPERIORAS GENERALES DE LOS INSTITUTOS DE VOTOS SIMPLES, EN LA RELACIÓN QUE HAN DE ENVIAR A LA SANTA SEDE CADA CINCO AÑOS.

Publicada primero por la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares, revisada y corregida, conforme al Código del Derecho Canónico, por la Sagrada Congregación de Religiosos. [1]

PRELIMINARES.

1. Manifiéstese qué Decretos de aprobación o recomendación haya obtenido de la Santa Sede el Instituto, y cuándo.

2. Cuál sea el fin o objeto peculiar del Instituto.

3. Si el primitivo título del Instituto, o bien el fin, o el Hábito de sus miembros se han modificado posteriormente de alguna manera, y con qué autorización.

4. Qué clases de religiosos hay. Qué votos se hacen.

5. * Cuántos religiosos han tomado el Hábito del Instituto desde sus principios hasta el presente, o por lo menos durante el último veintenio.

6. * Cuántos religiosos han salido del Instituto desde su fundación hasta el presente, o al menos durante el último veintenio, y de qué manera, tanto du-

[1] Cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, XIV (1922), pp. 278 ss.

* A las preguntas o partes de preguntas señaladas con asterisco * no se ha de responder sino en la primera relación después de promulgada esta Instrucción.

rante el Noviciado como después de la Profesión de los votos temporales y después de hechos los votos perpetuos. Si ha habido *apóstatas* o *fugitivos* y cuántos.

7. Cuándo fué enviada a la Santa Sede la última relación.

I. – De las Personas.

A) De los admitidos.

8. Cuántos Postulantes se hayan admitido desde la última relación.

9. Si para cada uno de ellos se han obtenido los atestados requeridos por el Derecho; y especialmente las letras testimoniales:

a) para los varones en general,

b) para los clérigos,

c) para aquellos (varones o mujeres respectivamente) que estuvieron en algún Seminario o colegio o bien en el Postulantado o Noviciado de otra Religión; y por cierto confirmadas con juramento.

10. Si alguno ha sido inducido a dar su nombre al Instituto con algun medio o industria especial; y principalmente si los Superiores se han servido para este fin de los diarios.

11. Si además se han procurado informes suficientes acerca de su índole y costumbres, siempre que fué necesario o conveniente.

12. Cuántas veces y de qué impedimentos o defectos haya sido necesaria dispensa y por qué Superior eclesiástico haya sido concedida.

13. Si todos aquellos para quienes está prescrito, cumplieron el Postulantado por el tiempo señalado, en Casa en que se observe la disciplina regular.

B) De los Novicios.

14. Cuántas y cuáles son las Casas-Noviciado y si cada una de ellas ha sido establecida con autorización de la Santa Sede.

15. Cuántos Novicios han tomado el Hábito del Instituto después de la última relación.

16. Cuántos haya al presente en el Noviciado.

17. Si los Novicios están convenientemente separados de los Profesos.

18. Si todos tienen un ejemplar íntegro de las Constituciones.

19. Si todos, antes de la Profesión, han permanecido en la Casa-Noviciado por tiempo de un año íntegro y continuo bajo el cuidado del Maestro.

20. Si el Maestro de Novicios está libre de todo cargo y obligación que puedan impedir el cuidado y gobierno de los Novicios.

21. Si el tiempo del Noviciado se ha prorrogado o bien abreviado más allá del límite prefijado en las Constituciones; cuánto y con qué autorización.

22. Si los Novicios, durante el primer año de Noviciado, se han dedicado únicamente a ejercicios de piedad, o si se los ha empleado también en otras obras y en cuáles.

23. Si durante el segundo año de Noviciado (donde se hace) los Novicios han sido enviados a otras Casas, y si se ha observado la Instrucción de la Sagrada Congregación de Religiosos, del día 3 de Noviembre de 1921.

24. (*En los Institutos de Religiosas*). Si antes de la admisión al Hábito, a la primera Profesión temporal y a la Profesión perpetua, el Obispo, o un delegado suyo, hizo, y gratuitamente, la prescrita exploración de la voluntad de la aspirante.

25. Si antes de la Profesión, cuantas veces hubo lugar a ello, y en otro caso en tiempo oportuno, se hizo la cesión de la administración de los propios bienes y se dispuso del uso y del usufructo de los mismos.

26. Si antes de la Profesión de los votos temporales hicieron libremente los Novicios testamento de sus bienes presentes o de los que acaso con el tiempo les pudieren caber en suerte.

C) De los Profesos.

27. Cuántos religiosos cuenta al presente el Instituto:

a) de votos temporales,

b) de votos perpetuos.

28. Si los votos temporales se han renovado siempre a su debido tiempo.

29. Si los religiosos han sido admitidos en el tiempo debido a los votos perpetuos, una vez trascurrido el plazo de los votos temporales.

30. Cuántos religiosos tanto Profesos como Novicios hayan muerto después de la ultima relación.

D) De los salidos y de los dimitidos.

31. Cuántos se hayan salido del Instituto después de la ultima relación:

a) de entre los Novicios,

b) de entre los Profesos, después de cumplido el tiempo de los votos temporales,

c) durante los votos temporales,

d) después de hechos los votos perpetuos.

32. Si en la dimisión de los religiosos se han observado siempre, según los casos, las normas prescritas en los sagrados Cánones y en las propias Constituciones.

33. Si (exceptuado el caso urgente de que se trata en los cánones 653 y 668) alguno ha sido dimitido o se ha salido:

a) antes de recibir de la Santa Sede la confirmación de la sentencia o del decreto, si se trata de varones profesos de votos perpetuos; o antes de recibir de la misma Santa Sede la decisión, si se trata de Religiosas profesas de votos perpetuos;

b) pendiente el recurso a la Santa Sede, si se trata de Profesos de votos temporales,

c) sin previa dispensa de los votos hechos, pedida por el mismo religioso.

34. (*En los Institutos de Religiosas*). Si a las que se han salido, sea cual fuere el motivo, se les devolvió íntegramente la dote, cualquiera que fuera su naturaleza, juntamente con el ajuar que habían traído al Instituto, en el estado en que se encontraba al tiempo de la salida.

35. Si a las admitidas sin dote, que no podían socorrer a sus necesidades con los propios bienes, se les supeditó de caridad, en caso de salida del Instituto, lo necesario para poder volver a casa de manera segura y conveniente y vivir honestamente por algun tiempo.

II. – De las Cosas.

A) De las Casas.

36. Cuántas Casas tiene el Instituto y en qué Diócesis; si tiene Provincias y cuántas.

37. Si después de la ultima relación se han abierto nuevas Casas, y cuántas; y si en todas intervino la autoridad legítima y se observó lo dispuesto por las Constituciones sobre el particular.

38. Cuántos religiosos de las diversas clases residen en cada una de las Casas, y (si el Instituto se consagra a diversas obras) a qué obras se los dedíca.

39. Si después de la última relación se ha suprimido alguna Casa, y con qué autorización.

40. Si cada uno de los religiosos tiene su propia celda, o si por lo menos en el dormitorio común tiene cada uno su lecho convenientemente separado de todos los otros.

41. Si para curar a los enfermos hay destinado un lugar separado perfectamente acomodado.

42. Si para recibir a los huéspedes hay en la Casa aposentos suficientemente separados, como conviene, de los de la comunidad religiosa.

43. (*En los Institutos de Hermanas*). Si la habitación del Capellán o del Confesor tiene ingrese independiente y ninguna comunicación con la habitación de las Hermanas.

B) De los bienes.

44. Cuáles hayan sido desde la última relación las entradas y los gastos anuales:

a) tanto del Instituto en común,

b) como de cada una de las Casas.

45. Si desde la ultima relación, ya el Instituto en comun, ya alguna Casa en particular ha adquirido nuevos bienes muebles o inmuebles y cuál sea su valor.

46. Si el dinero le han colocado siempre a rédito util, honesto y seguro.

47. Si después de la ultima relación han tenido alguna pérdida en sus bienes o han sufrido algún daño en los mismos; en qué cantidad y por qué causa.

48. Si han enajenado bienes inmuebles o muebles preciosos, cuáles, y con qué autorización.

49. Si han gastado alguna parte de los bienes llamados *capitales*.

50. Si la caja común o alguna Casa particular tiene deudas, y en qué cantidad.

51. Si desde la última relación han contraído nuevas deudas; cuáles, y con qué autorización.

52. Si los bienes temporales, tanto los de toda la Religión como los de cada una de las Provincias y de las Casas, se administran conforme a los sagrados Cánones y a las Constituciones, por medio de Ecónomos legítimamente designados.

53. Si los Ecónomos, tanto el General como los Locales, rindieron cuentas de sus administraciones en los tiempos prefijados y si estas cuentas fueron examinadas del modo prescrito y aprobadas.

54. Si tienen pleitos sobre los bienes.

55. Si el dinero y las otras cosas preciosas se custodian con cautela, segun las normas dadas sobre el particular y las disposiciones de las Constituciones.

56. Si aceptaron de los seglares depósitos de dinero o de cosas preciosas para su custodia y con qué condiciones.

57. (*En los Institutos de Hermanas*). Si las dotes de las Hermanas se han invertido en títulos seguros y fructíferos, conforme a las leyes canónicas, con el consentimiento del Ordinario del lugar; si se ha gastado alguna parte de éllas, en qué cantidad, de qué manera, y con qué autorización.

58. Si posee el Instituto legados píos o fundaciones, ya sea para la celebración de Misas, ya para obras de caridad, y cuáles son.

59. Si estas tales cargas se han cumplido fielmente.

60. Si el dinero con que se constituyeron tales fundaciones ha sido colocado convenientemente y administrado separadamente de cualquier otro.

61. Si, de conformidad con lo prescrito por los sagrados Cánones, se han rendido al Obispo cuentas de las tales fundaciones.

62. Qué cantidad de dinero sobrante ha sido entregada al fin de cada año a la caja comun por cada una de las Casas.

63. Si la predicha contribución pecuniaria la han hecho todas espontáneamente o bien de mala gana.

64. Si la Superiora o la Ecónoma tienen dinero de que disponer libremente, aunque sea en beneficio del Instituto, sin rendir cuentas ningunas.

III. – De la Disciplina.

A) De la vida religiosa.

65. Si los ejercicios de piedad señalados para cada día, mes, año, o para otras épocas determinadas, se practican cuidadosamente en cada una de las Casas.

66. Si todos los religiosos asisten cada dia al sacrificio de la Misa.

67. Si todos los religiosos pueden asistir a los ejercicios comunes, y si, a los que, por causa de las ocupaciones domésticas, tal vez son dispensados de algún ejercicio común, se les concede al menos tiempo para hacerlo privadamente.

68. Si se observan las disposiciones canónicas:

a) en cuanto a no exigir la cuenta de conciencia,

b) respecto de la Confesión sacramental,

c) acerca de la frecuencia de la Comunión eucarística.

69. Si hay Confesores designados a tenor del Derecho; si se han introducido abusos, ya de parte de los Superiores, coartando la libertad concedida por la ley, ya de parte de los subditos, abusando de la libertad permitida; y cuáles sean estos.

70. Si en los Institutos de Religiosas se cambia en todas partes cada tres años el Confesor ordinario, o se le confirma por la autoridad competente.

71. Si se observan fielmente las prescripciones acerca de la observancia de la clausura en la parte de la Casa reservada a los religiosos.

72. Si se permite a los religiosos el ir frecuentemente al locutorio, y si se observan en este particular las Constituciones.

73. Si a los religiosos que salen de casa, fuera del caso de necesidad, les señalan compañero los Superiores.

74. Si se hacen las instrucciones catequísticas y las pláticas piadosas a los conversos y a los otros alumnos, como también a los fámulos o familiares; de qué manera, y en qué tiempos.

75. Si los religiosos publican periódicos y cuáles; o si colaboran en su publicación, y en cuáles: si tanto en esto como en la publicación de libros se han observado las leyes establecidas.

76. Si los religiosos usan de libros, ya antiguos ya modernos, aun manuscritos, publicados con solo el permiso de los Superiores del Instituto y cuáles sean.

B) De la observancia de algunas leyes especiales.

77. Si se han observado con diligencia todas las prescripciones relativas al Capítulo General:

a) acerca de la convocatoria,

b) acerca de la elección de los Delegados,

c) acerca de la elección de los Escrutadores y del Secretario,

d) acerca de la elección del Superior General,

e) acerca de la elección de los Consejeros, del Ecónomo, y del Secretario Generales.

78. Si los religiosos han tenido absoluta libertad tanto para escribir como para recibir aquellas cartas que están excluidas de la inspección de los Superiores.

79. Si se guarda fielmente la ley de cambiar los Superiores, cumplido el tiempo establecido. Si se han obtenido dispensas de esta ley, cuántas, y de quién.

80. Si el Superior General y los Superiores Provinciales han hecho debidamente la prescrita visita de las Casas.

81. Si el Superior General y los Superiores tanto Provinciales como Locales convocan a sus Consejeros en los tiempos determinados, para tratar con ellos de los asuntos ya del Instituto, ya de la Provincia, ya de la Casa.

82. Si en las deliberaciones se ha concedido a los Consejeros la debida libertad.

83. Si en el Consejo General se han hecho las elecciones libremente y según las normas prescritas.

84. Si en todas partes vige la vida común; si los Superiores, con la paterna caridad que conviene, proveen suficientemente a todos los religiosos de lo necesario, principalmente en cuanto al alimento y al vestido, y si acaso hay quienes se lo procuran de los extraños.

85. Si en algún lugar son los religiosos en número insuficiente, de modo que estén demasiado recargados de trabajo, con grave peligro de la salud.

86. Si se procura que nada falte a los enfermos, de cuanto necesitan según el estado de cada uno, y que tanto en las necesidades corporales como en las espirituales se les socorra con la debida caridad.

87. (*En los Institutos clericales*). Cuantos años dedican los clérigos al estudio:

a) de las Humanidades,

b) de la Filosofía, y

c) de la Teología.

Si los estudios se hacen en casa, cuántos profesores hay destinados a la enseñanza de cada ciencia.

88. Si a los estudiantes, o también a los profesores, se les encomiendan otros trabajos que los distraigan de los estudios.

89. Si todos los estudiantes:

a) hicieron íntegramente el curso escolar antes de salir de la Casa destinada a los estudios;

b) si antes de la promoción a las sagradas Ordenes, hicieron debidamente los estudios que para cada una prescriben las leyes canónicas;

c) si observaron religiosamente todo lo demás que los sagrados Cánones requieren para la admisión a las sagradas Ordenes (acerca del título de ordenación, dimisorias, etc.).

90. Si se ha guardado la ley acerca del examen que cada año, por lo menos durante un quinquenio, han de hacer los sacerdotes.

91. Si alguna vez se práctica la negociación prohibida por los sagrados Cánones; y así mismo, si se ejerce algun arte o industria que lleve consigo el tratar con mucha frecuencia con los extraños; con qué cautelas, tanto para la preservación de los religiosos que se dedican a estas cosas, como para la edificación de los extraños.

92. Si los Superiores cuidan de promover entre sus súbditos el conocimiento y la ejecución de los Decretos de la Santa Sede, que se refieren a los religiosos: así mismo, si se leen publicamente, además de las propias Constituciones, los Decretos que la Santa Sede hubiere prescrito que se lean.

C) *De las obras del Instituto.*

93. A cuántas personas (o clases de personas) han prestado sus servicios los religiosos, con aquellas obras a que se dedican según el fin de su Instituto.

94. Si el número de tales personas hubiere disminuído en algún lugar desde la última relación, indíquense las razones.

95. (*Para los Institutos que mendigan de puerta en puerta*):

a) Si por las Constituciones consta clara y ciertamente del derecho o obligación de mendigar de puerta en puerta;

b) si se guardan religiosamente y en todas sus partes, las prescripciones de los sagrados Cánones y los Decretos emanados de la Santa Sede sobre el particular.

96. Si los Institutos de Hermanas tienen en sus casas hospederías o sanatorios para cualesquiera personas, aun de diverso sexo: y en caso afirmativo, con qué licencia y con qué precauciones.

97. Si las Hermanas se han encargado de los servicios domésticos en Seminarios o colegios o en cualesquiera otras casas de eclesiásticos, y en qué forma.

98. Si las Hermanas ejercitan ciertas obras de caridad (v. gr.: para con los infantes, las parturientes, o los operados quirúrgicamente) que parezcan indecorosas en vírgenes consagradas a Dios y que visten Hábito religioso.

99. Si las Religiosas que cuidan de los enfermos a domicilio, emplean siempre las cautelas prescritas en las Constituciones.

100. Si los Superiores han permitido que los religiosos morasen en casas de seglares, y por cuánto tiempo.

101. (*Para los Institutos de varones*). Si tienen y dirigen como de ellos dependiente y a ellos agregado, directa o indirectamente, algún Instituto de Hermanas, y con qué autorización.

102. Si después de la última relación se ha añadido alguna nueva obra, o mejor especie de obras, a las ya existentes, y con qué autorización.

103. Si en el Instituto o en alguna Casa se han introducido abuso, y cuáles.

104. Si hay quejas o dificultades:

a) con los Ordinarios de los lugares,

b) con los Confesores,

c) con los Capellanos.

105. (*Para los Institutos laicales de entrambos sexos*). Si tienen Casas en las que se reciban, para habitar, jóvenes del respectivo sexo, que frecuentan las escuelas públicas laicas; en qué lugares, qué escuelas frecuentan, de qué maner se atiende a su instrucción religiosa, y por quiénes.

Las respuestas a las cuestiones sobredichas las han de firmar, no solamente el Superior o la Superiora Generales, sino también cada uno de los Consultores o Asistentes Generales, previo maduro examen. Si se trata de una Congregación de mujeres, han de ser firmadas también por el Ordinario del lugar en que reside la Superiora General con su Consejo.

Por lo demás, si alguno de los Consultores o Asistentes Generales creyere que se habría de manifestar además a la Santa Sede alguna otra cosa de grande importancia, puede también hacerlo por medio de carta privada y secreta. Sin

embargo, acuérdese el tal de su condición y sepa que cargará gravemente su conciencia, si presumiere exponer algo contrario a la verdad por medio de tal carta secreta.

Roma, Secretaría de la Sagrada Congregación de Religiosos, el día 25 de Marzo de 1922.

T. CARD. VALFRÈ DI BONZO, *Prefecto.*

L. ✠ S.

Mauro M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretario.*

III

APPROBATIONES

Ssmus Dñus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

27 februarii 1923. — Instituti Sororum Franciscalium a Beata Angelina, vulgo *Contesse* nuncupati, cuius domus princeps Fulginii sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationem religiosam Sororum Tertii Ordinis Sancti Francisci, ab Immaculata Conceptione B. M. V. nuncupatam, cuius domus princeps sita est in loco vulgo *Clinton*, dioecesis Davenporten., *laudavit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium approbavit.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

REGIO DE BUSSAMBIRO A VICARIATU APOSTOLICO UNIANEMBENSI SEPARATUR ET VICARIATUI APOSTOLICO DE VICTORIA NJANZA ADIICITUR.

Cum R. P. D. Henricus Léonard, Vicarius Apostolicus Unianemben. in Africa Centrali, postulasset ut regio de Bussambiro ad suam missionem pertinens finitimo vicariatui apostolico Victoriae Njanzen. cederetur, Emi ac Rmi Patres huius Sacrae Congregationis, in comitiis generalibus

die 5 currentis mensis habitis, quo fidei christianae progressui curaeque spirituali fidelium in praedicto territorio aptius provideretur, precibus supra laudati Praesulis adnuendum esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmo Dño Nostro Pio Div. Prov. PP. XI in audientia diei 12 eiusdem mensis ab infrascripto Sacrae huius Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est praesensque decretum fieri iussit.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 15 martii 1923.

G. M. Card. Van Rossum, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† F. Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

II

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

15 februarii 1923. — *Vicarius Apostolicus Rabaulensis*, R. P. D. Gerardus Vesters, e Congregatione Missionariorum Ssmi Cordis.

— *Vicarius Apostolicus de Dar-es-Salam* in Africa Orientali, R. P. Gabriel a Stanz, in saeculo Ioseph Maria Zelger, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum.

19 februarii. — *Vicarius Apostolicus de Canton*, R. P. Antonius Fourquet, e Societate Missionum Parisiensi.

Insuper decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide renunciati sunt:

1 februarii 1923. — *Praefectus Apostolicus de Cook et Manihiki*, R. P. Bernardinus Castanié, e Congregatione Missionariorum SS. Cordium, de Picpus.

3 martii. — *Praefectus Apostolicus de Tatung-fu*, R. P. Ioseph Hoogers, e Congregatione Missionariorum Immaculati Cordis B. M. V., de Scheut.

16 martii. — *Praefectus Apostolicus Magni Namàqualand*, R. P. Mathias Eder, ex Instituto Oblatorum Sancti Francisci Salesii.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BAIOCEN. seu LEXOVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS THERESIAE A IESU INFANTE, ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM, IN MONASTERIO LEXOVIENSI.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quis quantusque sit existimandus progressus, quem in suo tam expedito tamque prospero actorum cursu facit nunc Beatificationis causa venerabilis Servae Dei sororis Theresiae a Iesu Infante, apostolicum hoc ostendit decretum planeque significat.

In eo siquidem, quum, tamquam veras atque germanas prae se ferentes miraculi notas, binae agnoscantur et adprobentur sanationes, quae, precibus et meritis praefatae venerabilis Theresiae, patratae a Deo fuerunt, ipsius venerabilis Theresiae non ita pridem, Apostolicae Sedis auctoritate, heroicae sancitae et declaratae virtutes, per hanc duplicis prodigiosi eventus accessionem, novam accipiunt firmitatem et certitudinem novoque coruscant splendore. Ex divino namque, quod intercessit, miraculorum testimonio eaedem ratae habitae confirmataeque dicendae sunt exercitae a venerabili Theresia virtutes, quemadmodum hoc de loco communiter edisserunt theologi, cunctos praeeunte Angelico Doctore, cuius, huc spectans, conspicua haec sententia prostat, nitidis hisce disertisque conclusa verbis: « Vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina: operatur enim ea « Deus ad hominum utilitatem: et hoc *dupliciter: uno* quidem *modo* ad « veritatis praedicatae confirmationem: *alio modo ad demonstrationem san-* « *ctitatis alicuius, quem Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis:* « *primo* autem *modo* miracula possunt fieri per quemcumque, qui veram « Fidem praedicat, et nomen Christi invocat: quod etiam interdum per « malos fit; et secundum hunc modum etiam mali possunt miracula fa- « cere...: *secundo* autem *modo* non fiunt miracula, *nisi a Sanctis, ad quorum* « *sanctitatem demonstrandam miracula fiunt...* » (2ª 2ae, quaest. 178, art. 2 in corp.).

E variis porro et pene innumerabilibus portentis, quae, utpote, post validam exoratam venerabilis Theresiae opem, a Deo impetrata per universum fere circumferuntur christianum orbem, unam et alteram sanationem, sororis nempe Aloisiae a S. Germano et clerici Caroli Anne, prout iuridica Causae conditio postulabat, et sacrae huius Congregationis praxis ferebat, selegerunt actores, sacroque huic Ordini ad cognoscendum proposuerunt; quaeque, ut victores e certamine discederent, ipsis demonstranda erant, eosdem revera solideque demonstrasse, felix faustusque initi iudicii cumulate probavit exitus.

Equidem, quod sive infirma mulier, soror Aloisia a S. Germano, sive iuvenis aegrotus, clericus Carolus Anne, organico laboraverint morbo, morbo videlicet, qui in peculiari quadam situs erat *anatomica* et *pathologica*, ut inquiunt, laesione; quodque insuper tum una tum alter, deprecatrice interposita apud Deum fideli eiusdem Famula venerabili Theresia a Iesu Infante, praedicto morbo ita consanuerint, ut, naturae viribus artis et temporis quoque subsidiis adiutae, numquam organicae laesionis eo modo eoque in *subiecto* fieri potuisset in integrum restitutio, id omne rescire licuit atque addiscere a sex numero peritis viris, quorum tres pro unaquaque sanatione sua quisque, sacrae huius Congregationis mandato, scripto exaraverant et ediderant concordia suffragia, iis innixa et consentanea utriusque facti elementis, quae iudicialibus consignata sunt tabulis. Horum idcirco peritorum conclusiones volenti animo amplexatus causae Patronus, argumentorum seriem, quibus eaedem fulciebantur conclusiones, qua sagacia praestat et dexteritate, sic evolvere et illustrare adnisus ille fuit, ut ipsis etiam, qui medici non sunt aut chirurgi, rem fecerit captu perviam intellectuque facilem.

Ita, cunctis exstantibus et in conspectum prodeuntibus, quibus necessario constituitur, clare dignoscitur et iuridice probatur miraculum, qui ad consultivum suum ferendum suffragium vocati erant, utrâque moti et suffulti auctoritate – extrinseca nimirum, quae e consensu provenit virorum in arte peritorum, atque intrinseca, quae e vi et pondere promanat argumentorum, quae apta et accommodata sunt ad persuadendum – eo adduci potuerunt, ut de quaestione disceptationi subiecta certam ac tutam caperent iudicii deliberationem, cum ad generalem praesertim ventum est Congregationem, quae duabus aliis, antepraeparatoriae scilicet et praeparatoriae, quae praecesserant, finem imposuit, quaeque, die trigesima superioris mensis ianuarii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Tum Reverendissimi

Cardinales tum Patres Consultores, qui convenerant, sua quisque ex ordine pandiderunt vota, quibus tamen auditis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremam Suam sententiam de more Sibi prorogandam duxit, ut interim tempus intercederet, quo, effusis ad Deum precibus, in tanta re definienda maiora Sibi a Patre luminum auxilia compararet. Quumque mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam designavit Dominicam in Quinquagesima, ob duplicis eventus faustitatem, auspicatissimam diem, quae festo Apparitionis B. M. V. Immaculatae prope Lapurdum est sacra, simulque Suae Coronationis proxime antecedit anniversarias primitias. Eapropter, piissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Aloisiae a S. Germano, e Congregatione Filiarum a Cruce, a gravissimo ulcere ventriculi, formae hemorragicae;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis clerici Caroli Anne a tubercolosi florida, hemoptoica, in periodo cavitaria.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit tertio idus februarias anno MCMXXIII.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

ORTONEN.

CONFIRMATIONIS CULTUS SERVI DEI LAURENTII A VILLAMAGNA, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM, BEATI NUNCUPATI.

Vertente anno 1871, in ecclesiastica Curia Ortonensi, sede episcopali vacante, a Vicario Capitulari D. Ioanne Can. Ballerini, processus ordinaria auctoritate institutus fuit super cultu, ab immemorabili tempore praestito, Dei Famulo Laurentio a Villamagna, sacerdoti professo Ordinis Fratrum Minorum, Beato nuncupato, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII. Iste processus favorabili Iudicis Ordinarii sententia exstitit absolutus die quarta octobris eiusdem anni. Ob ignotas rationes, testante hodierno Archiepiscopo Lancianensi et Administratore

Apostolico perpetuo Ortonensi, huiusmodi Causae prosecutio ad tempus incertum fuit remissa. Quum autem postremis hisce temporibus ab ipsius Causae postulatore memoratus processus in actis sacrorum rituum Congregationis exhibitus sit simulque preces porrectae, ut quaestio de casu excepto iudicialiter ageretur apud ipsam Sacram Congregationem, servato veteris iuris ordine, Summus Pontifex Benedictus XV sa. me., attentis peculiaribus adiunctis et tempore quo processus expletus fuerat, his precibus benigne annuit pro gratia et dispensationem a novissimis decretis editis annis 1912-1913, in casu et ad effectum enuntiatum, indulsit. Quibus praemissis, Causae prodest aliquid de persona et gestis Servi Dei necnon de cultu eidem exhibito breviter innuere. — Villaemagnae, in Aprutio citeriori, a parentibus generis nobilitate, pariter ac vitae integritate conspicuis Silvestro De Masculis et Pippa d'Eletto, natus est infans die 15 maii anni 1476, eique in sacro fonte inditum nomen Aurelius. In Ortonensium finibus erat conventus franciscalis Sanctae Mariae de Gratiis quem, medio saeculo XV, cives exstruxerunt propter accepta beneficia a Fratribus Minoribus, potissimum a S. Ioanne a Capistrano, qui pacis sequester et fulgida Samnitum stella antiquum et acerbum bellum inter cives et urbes Lancianum et Ortonam sua sententia mirifice composuerat. Aurelius, christiana religione bonisque moribus praeditus et adolescens, illam religiosam domum ingredi statuit suamque mentem aperit patri, qui omnimode filio contradicit, adhibitis quoque probris, iniuriis ac poenis ut a proposito suscepto recederet. Attamen iuvenis, patiens et constans, terrena despiciens et ad caelestia aspirans, sentiens se veluti a Christo Domino vocatum per evangelica dicta: « Si vis perfectus esse, vade, vende « quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo: et veni, « sequere me » (Matth., XIX, 21), divina ope implorata, cuncta obstacula superavit et paternum assensum obtinuit. Tunc coenobium illud, de Superiorum licentia, dimisso una cum saecularibus vestibus nomine Aurelio, humiles vestes religiosas induit, assumpto nomine Laurentio. Expleto rite tyrocinio, primum philosophiae, mox theologiae studia diligenter absolvit. Per varios ordinationis gradus ascendens, ad sacerdotium evectus, sacrum ministerium voce et opere peragendum optimus religiosus, de Superiorum nutu et licentia, suscepit, unice intentus gloriae Dei, propriae perfectioni et saluti animarum. Quod munus per totum vitae spatium exercuit oppida et urbes Italiae, etiam praecipuas, peragrando, fama sibi adepta insignis theologi, apostolici concionatoris et sancti viri, aucta per virtutes orationis, poenitentiae et caritatis, necnon per caeleste prophetiae donum. In actis enim processualibus testes et documenta referunt duas praecipue prophetias: una fuit cum Dei Famulus, Ortonae e suggestu concionans,

praenuntiavit plures adhuc aetate florentes intra quindecim dies obituros, ex quorum numero ipse foret primus: quod sequens eventus probavit. Altera vero cum incendium Ortonensis urbis futurum praedixit, prouti reapse per Turcarum incursionem in litus Samnitum et ausum paulo post eius obitum accidit. Tandem Laurentius, tot post exantlatos labores, iterum Ortonam venit anno 1535, ut quadragesimalem praedicationem perageret in illa Basilica Cathedrali, sed in cursu concionum obtigit, ut, ipso in suggestu gravi morbo correptus et statim, curandae salutis causa, in conventum suburbanum Sanctae Mariae de Gratiis translatus, ibidem post aliquem mensem piissime obiit die sexta iunii, eodem anno. – Quod attinet ad cultum publicum, ecclesiasticum et perseverantem usque ad haec tempora Laurentio praestitum, tum populi traditione, tum authenticis documentis, tum scriptoribus fide dignis aliisque argumentis in processu informativo et ordinario Curiae Ortonensis relatis, actores causae illum comprobare connituntur atque decretis Urbanianis de casu excepto satisfacere confidunt. Corpus Servi Dei e communi sepulcro in locum separatum translatum, post aliquot annos Fratres Minores, relicto conventu et ecclesia suburbana S. Mariae de Gratiis in novum conventum et ecclesiam urbanam, eidem titulo S. Mariae de Gratiis dicatam, secum asportarunt ipsumque ad latus posterius altaris maioris in conspectu chori deposuerunt, apposita sepulcro inscriptione: « Hac sub arca – conduntur – « intacta spolia – B. Laurentii de Villamagna – nobili genere – Minoritae « Presbyteri – eximiae orationis et caritatis – viri – octavo idus Iunii – « MDXXXV – in Urbe ista denati ». – Quae cum ita sint, instante Revmo P. Antonio Maria Santarelli, Ordinis Fratrum Minorum postulatore generali, attentis litteris postulatoriis Illmi et Revmi Domini Archiepiscopi seu Ordinarii Lancianen. et Ortonen., una cum canonicis et parochis utriusque dioeceseos, aliorumque Archiepiscoporum, Episcoporum et Ministri Generalis Fratrum Minorum, necnon Sodalitatum a Sanctissimo Rosario, Beatae Mariae Virginis ad Nives, Sororum a Iesu Infante et fidelium Ortonae, ubi Servi Dei corpus asservatur, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanensis et huius causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas Aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An constet de casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII in casu et ad effectum, de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, re discussa et perpensa, ita respondendum censuit: *Attentis peculiaribus adiunctis, affirmative, seu constare de casu excepto a*

decretis sa. me. Urbani Papae VIII in casu et ad effectum de quo agitur, si Sanctissimo placuerit. Die 20 februarii 1923.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 28, eisdem mense et anno.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

ROMANA seu SUTRINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI P. LAURENTII MARIAE A S. FRANCISCO XAVERIO, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE CLERICORUM REGULARIUM EXCALCEATORUM SSMAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.

Inclyta familia religiosa quae a Ssma Cruce et Passione Domini nuncupatur et suum fundatorem agnoscit et colit sanctum Paulum a Cruce ac nuperrime vidit suum alumnum adolescentem clericum Gabrielem a Virgine Perdolente gloria et honore sanctorum in Ecclesia Dei coronatum, maxime laetatur quoties conspicit et recogitat in sua mystica vinea, a sancto institutore et cultore benedicta, novos habilesque cultores et vites fructuosas, quasi fratres et filios sanctorum eorumque virtutum imitatores. Inter hos recensentur VV. SS. Dei Vincentius Maria Strambi, Episcopus Maceraten. et Tolentinas, et Dominicus a Matre Dei, Servi Dei Ioannes Baptista a S. Michaële Archangelo et Laurentius a S. Francisco Xaverio, omnes tres sacerdotes professi, et Dei Famulus Iacobus a S. Aloisio, laicus professus. – Laurentius a S. Francisco Xaverio, de cuius causa Beatificationis et Canonizationis nunc agitur, Romae natus est die 30 octobris anni 1782 et postridie baptizatus. Parentes, conditione ac religione conspicui, hunc sancti matrimonii fructum omni cura et sollicitudine ad timorem et amorem Dei informarunt. Puer et adolescentulus, in scholis ingenio, diligentia et studio non minus quam integritate vitae, suavitate indolis et virtutum ornamento inter suos condiscipulos praestitit, eisque carus et dilectus aeque ac magistris et propinquis. In ea iuvenili aetate, ad fontes

divinae gratiae, Sacramenta nempe Poenitentiae et Eucharistiae, pie ac frequenter accedens, dum sibi suique spiritus utilitati ac perfectioni consulebat, aequales et inferiores ad easdem salutiferas aquas hauriendas exemplo et verbo alliciebat. Quum vero vanitates, turbationes et pericula mundi recogitaret, simulque tranquillitatem, pacem et spiritualia bona status religiosi agnosceret, hanc tutiorem viam ad aeternam beatitatem assequendam, divino excitatus instinctu, eligere atque constanter persequi constituit in paupere ac poenitente Instituto religioso. Quare, impetrato suorum consensu et Superiorum licentia, voti compos factus, terrenis humanisque oblectamentis ac divitiis valedixit, et Congregationem a Ssm̃a Cruce et Passione Christi, die 14 novembris anni 1801, ingressus est et religiosas vestes induit. Post annum, tyrocinio summa laude emenso, solemnia vota professus est. Philosophicis et theologicis studiis felici successu absolutis et per singulos Ordinum gradus ad sacerdotium promotus eoque insignitus, sacris muneribus et religiosi instituti officiis cum diligentia et zelo rite ac recte functus est. Romae rector domus religiosae renuntiatus, sibi subiectis praeibat exemplo eosque ad religionem, pietatem et disciplinam cum fervore servandam et augendam suavitate et constantia excitavit. Frequenter missus ad missiones in civitatibus et oppidis et ad Seminaria et ad monasteria, concionibus et confessionibus apostolicum ministerium ita exercuit, ut omnes sapientiae luce, virtutum odore et caelestibus benedictionibus recrearet ac perficeret. – Admirabilis fuit eius caritas in Deum et proximum et peculiaris devotio in Officio divino persolvendo et Sacro litando. Dum divini Redemptoris Passionem et Deiparae Virginis dolores, ex instituto Congregationis, assidue et fructuose meditabatur, peculiari pietatis affectu ferebatur in Iesum Infantem. Hanc devotionem, quam ipse Romae, in aetate puerili, a veneratissimo Iesu Infantis simulacro Aracaelitano facile hauserat, variis mirisque modis in sodales et extraneos, potissimum in pueros et iuvenes utriusque sexus, infundere nunquam destitit, Deo cooperante gratiis et virtutibus. Eundem finem habebat epistolis aliisque scriptis, etiam editis, inter quae mentione et laude dignum est opus quatuor voluminibus comprehensum, dein unico volumine contractum, ut facilius inter fideles diffunderetur, sub titulo: *L'anima innamorata di Gesù Bambino.* – Utrumque opus cum suo titulo, dum ipsum auctorem Laurentium exhibet uti Iesu Infantis apostolum, in gratam simul et iucundam revocat memoriam illum candidum suaviterque olentem florem, Carmelitici Ordinis lilium, Venerabilem Dei Famulam Theresiam ab Infante Iesu, cuius virtutes heroicae et bina miracula Apostolicis decretis nuperrime approbata sunt. – Tandem Dei Famulus, per plures annos molestis infirmitatibus vexatus assiduisque ministerii labo-

ribus fractus, dum Capranicae Sutrinae in domo familiae *Porta* degeret, die 12 iunii anni 1856, Sacro devotissime litato, horis pomeridianis, repentino et lethali morbo correptus, parocho statim accito et spiritualia subsidia ministrante, piissimam exhalavit animam. Die sequenti eius corpus in ecclesiam conlegiatam S. Ioannis delatum fuit, et iusta funebria ibidem persoluta sunt, adstantibus frequentissimo clero et populo, viris dignitate insignibus et religiosis sodalibus a Passione Domini; qui postea ipsum corpus in proprium recessum et ecclesiam S. Angeli prope Forum Cassii (vulgo *Vetralla*) secum adduxerunt ibique in decenti sepulcro condiderunt. – Interim fama sanctitatis, quam Dei Famulus in vita sibi adeptus fuerat, post obitum adeo increvit clara, constans et diffusa usque in praesens perseverans, ut super ea acta processualia informativa pluribus in dioecesibus auctoritate ordinaria instituta fuerint et absoluta ad Sacram Rituum Congregationem transmissa. Quapropter, instante Revmo P. Aegidio a Sacris Cordibus, Congregationis Clericorum Regularium Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C. postulatore generali, universae suae Familiae religiosae vota depromente, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Praepositorum generalium Ordinum seu Congregationum religiosarum, Emus et Rmus Dñus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et Sanctae Rufinae, huius causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas Aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sit signanda Commissio introductionis causae in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus diligenter expensis, rescribendum censuerunt: ***Signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 20 februarii 1923.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis causae Beatificationis et Canonizationis Servi Dei P. Laurentii a S. Francisco Xaverio, sacerdotis professi Congregationis Clericorum regularium Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C. Die 28, eisdem mense et anno.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

BAIONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI MICHAËLIS GARICOÏTS, SACERDOTIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A SSMO CORDE IESU, VULGO « DE BÉTHARRAM ».

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quum aliquot ante annos de venerabilis Servi Dei Michaëlis Garicoïts disceptaretur virtutibus, quae, tamquam heroica qualitate praeditae et exornatae, felic. rec. Benedicti Papae XV edito evulgatoque probatae sunt decreto, facile tunc videre fuit, quinam quotque apte fructuoseque ex vita praefati venerabilis Dei Famuli variisque ab eodem ad exemplum gestis adimpletisque muneribus atque officiis sumere possent imitandum.

Integrum quippe eiusdem venerabilis Dei Servi vitae curriculum paucis complexus est, illudque vere feliciterque ad vivum expressit Baionensis Episcopus, hisce usus verbis: « Docuit puer innocentiam et orationis stu- « dium; famulus, cuncta obsequia, quae herorum conciliant benevolen- « tiam; discipulus parem in pietatis et scientiae acquisitione ardorem; « vicarius parochi coadiutor, erga Superiores et senes observantiam, nec « non animarum curandarum zelo coniunctam prudentiam; in Seminariis « professor et moderator, summam illam artem artium clericos in doctrina « sana et in omni opere bono informandi; conscientiarum moderator, « multiformem Spiritus Sancti discretionem; in condendo denique et for- « mando suo Instituto, vere caelestem sapientiam ad aedificandam evan- « gelicam turrim supra firmam petram, et dotem boni Pastoris, qui ante « oves vadit, et pro ipsis quotidie animam suam ponit » (*Summar. super introduct. Caus.*, pag. 24).

Quapropter adeo praeclara quum sint merita, quae de venerabilis Michaëlis Garicoïts virtutibus Causa, externo ex cortice humilis quidem atque modesta, intus tamen, suis velut inclusa visceribus, gerit, quibusque non modice ipsa praestat et excellit, non sine quodam providentis Dei consilio contigisse videtur, ut, heroicis super virtutibus apostolico prò mulgato decreto, toti in eo fuerint sollertes actuosique actores, ut alteram, quae de miraculis est, quadriennii vix interiecta mora, magno fidentique animo

instituerent actionem, eamque temporis spatio biennio paullo maiore ad optatum perducerent exitum. Binas namque, sororis nimirum Mariae Théodard et puellae Mariae Labedais sanationes, de quibus in praesentiarum agitur, veri nominis prodigio esse adsignandas, ideo prudens quisque accuratus veritatis quaesitor, aequusque veritatis aestimator agnoscere et compertum habere potuit, quippe datum sibi fuit necessaria adinvenire elementa, quibus praedictas sanationes duas, prout ipsae in iudicialibus descriptae sunt tabulis, naturae superasse leges, certum efficitur atque manifestum. Revera, ex actis et probatis hoc constitit primo, quod scilicet utroque in casu de materiali quadam actum fuerit humani corporis laesione; item istud constitit secundo, quod videlicet peculiaris haec humani corporis pars, quae materialiter laesam aeque se habere illuc usque perrexerat, post exoratum tamen venerabilis Michaëlis Garicoïts patrocinium, subito pleneque ad pristinam suam reversa sit physiologicam perfectionem. Quibus itaque duobus positis et probatis, planum fit atque perspicuum, inter statum, qui praecesserat, materialis cuiusdam exstantis et permanentis laesionis, seu aegritudinis, et statum alterum, qui proxime est subsecutus, integrae sanitatis, naturalem nullam dari excogitarique posse causam, quae, sin adaequatam, quamdam saltem servare queat proportionem cum secuto instantaneae perfectaeque sanationis effectu, insueto prorsus planeque insperato, praeter unam dumtaxat venerabilis Michaëlis Garicoïts rite peractam invocationem, quae utrumque inter statum, perseverantis morbi unum, et recuperatae valetudinis alterum, mediam se interposuerat; eaque idcirco *miraculi medium* iure meritoque vocatur et est. Quae quidem omnia tanti esse ponderis atque momenti, ut exinde, sponte velut sua, exsurgat miraculum, solideque adstruatur et clarescat miraculi veritas, prae primis, sicut exspectandum erat, probe intellexerunt qui ex officio adlecti fuerant viri in arte periti. Hi proinde, uti iubent, quae penes omnia tribunalia viguerunt vigentque normae, cum de iudicialibus peritis est sermo, sacramenti religione prius obstricti, mox autem cunctis, quae praesto habentur in actis eisque legitime fuerant acquisita, inspectis considerateque perpensis, suam plane concordem prodigioque propitiam protulerunt sententiam, eamque validis idoneisque argumentis, profanis etiam medicaeque aut chirurgicae artis imperitis suaserunt hominibus, praesertim cum planior et accommodatior accessit quoque causae Patroni opera, quemadmodum Patroni ipsius nobile atque sacrum ferebat et postulabat munus.

Hac via et ratione, ea, quae, super miraculis, faustis exorsa erat auspiciis, progredi absolvique potuit quaestio, tribus de more disceptationibus; antepraeparatoriae siquidem et praeparatoriae praehabitis Con-

gregationibus generalis successit Congregatio, quae, die sexta huius currentis mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Ludovico Billot, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores proprias exposuerunt sententias, quibus tamen auditis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster mentem Suam aperire distulit, maiorem caelestis luminis gratiam, communibus fusis ad Deum precibus, impensius exoraturus. Hodierna vero laetissima die, quae solemnibus in honorem Patriarchae sancti Ioseph est consecrata, post oblatum omnipotenti Deo Sacrificium, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Ludovicum Billot, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Mariae Théodard ab osteo-periostite flegmonosa digiti indicis in manu dextera;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis puellae Mariae Ladebais ab organico sive intestina, sive dorsualem spinam afficiente morbo, illico totius corporis redintegratis viribus, et libera praesertim recuperata deambulandi facultate.*

Hoc autem decretum in vulgus edi, et in acta Sacrae Rituum Congregationis inseri mandavit decimo quarto Calendas apriles anno MCMXXIII.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO
PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

EXTENDITUR IURISDICTIO DELEGATI APOSTOLICI INDIARUM ORIENTALIUM

Ex audientia Ss.mi diei 30 ianuarii 1923

Ssmus Dominus Noster, Pius div. prov. Papa XI, quo aptius consuleret necessitatibus spiritualibus fidelium Provinciae ecclesiasticae Goanae, decrevit auctoritatem Delegati Apostolici Indiarum Orientalium ad eam quoque Provinciam extendendam esse, firma competentia Nuntii Apostolici Ulyssiponensis pro iis negotiis, de quibus agere contingat cum Gubernio Lusitano. Statuit insuper Sanctitas Sua ut praedicta Delegatio in iis quae respiciunt eamdem Provinciam Goanam subsit huic Sacrae Congregationi a Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae, die, mense et anno praedictis.

F. Borgongini-Duca, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

ROMANA

SENTENTIAE INCIDENTALIS IN CAUSA NULLITATIS MATRIMONII (GARÇIA–SYLOS)

In plenaria Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae sessione apud Vaticanum habita, sabbato die 25 novembris 1922, Emorum Patrum examini subiectus est recursus R. D. Vinculi Defensoris apud S. R. Rotae Tribunal, adversus decisionem seu decretum huius S. T. Congressus, editum die 20 iunii 1922 circa decretum seu sententiam incidentalem Tribunalis S. R. Rotae diei 17 ianuarii volventis anni. Causa mature disceptata est, relatore Emo ac Rmo Dño Card. Michaele Lega.

En facti species. – Die 11 decembris 1897, legitima forma, in Urbe, matrimonium inierunt Dñus Raphael Garçia et Dña Mathildes Sylos–Labini. Ast, vix sexto elapso mense, abrupta est maritalis cohabitatio, nec tentamina ad illam instaurandam profuerunt; quin immo separatio in foro civili per sententiam concessa fuit.

Aliquot post annos a sequuta separatione, existimavit mulier suum matrimonium nullitate laborare ex capite *conditionis appositae et non purificatae*, quum ipsa contraxerit sub conditione ne vir (prout ferebatur) epileptico morbo afficeretur. Atque ex Summi Pontificis Commissione haec nullitatis causa actitata est apud S. R. Rotae Tribunal anno 1917. Attamen actrix sententiam tulit adversam, quia Sacrum Auditorium, die 19 maii 1920, iudicavit: *Non constare de nullitate matrimonii in casu*, quamvis in eadem sententia admitteretur de existentia morbi constare.

Exinde mulier ab hac sententia appellationem interposuit coram Turno proxime sequenti. Sed quaestio incidentalis exorta est, quia actricis patronus supplementum inquisitionis petiit, ut scilicet denuo examinarentur super quibusdam exhibitis articulis actrix et nonnulli testes. Verum R. P. D. Ponens, decreto suo die 8 novembris 1921, hanc petitionem

reiecit et, appellatione facta apud Turnum rotalem, hic, data sententia interlocutoria, sub die 17 ianuarii 1922, decretum R. P. D. Ponentis confirmavit.

Sed actricis patronus recurrit ad hoc Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal contra hanc rotalem sententiam. Tunc requisitus super hoc recursu fuit R. P. D. Ponens illius Turni rotalis, qui respondit, sub die 1 maii 1922, et rationes favore impugnatae sententiae exposuit, quamvis decisioni S. T. se remitteret. Rationes autem, praemissa allegatione canonum 1786 et 1775, in summa tales erant, quae propositos pro inquisitione suppletiva articulos interrogationes demonstrabant continere otiosas, subdolas, suggestivas, ideoque a iure prohibitas, propter periurii periculum.

Delato recursu iam sufficienter instructo, in Congressu huius S. T., habito die 20 iunii 1922, coram Emo ac Rmo Dño Cardinali Praefecto, omnibus sedulo perpensis, ita decisum fuit: *Concedendum esse petitum supplementum instructionis, servatis de iure servandis circa interrogationes proponendas* (can. 1775), *et circa interventum Defensoris Vinculi.* Hoc decretum insequenti die R. P. D. Decano S. R. Rotae communicatum fuit.

Sub die 26 iunii 1922, contra hoc decretum, recursum, in plenaria Emorum Patrum sessione videndum, dedit rev. dñus Vinculi Defensor penes Rotale Tribunal, eo quod illud nullum existimaret; atque Defensori Vinculi se adiunxit patronus viri Garçia; et ambo suas exhibuerunt deductiones. Contendit Vinculi Defensor, qui recursum instituit, memoratum decretum esse nullum, eo quod res de qua agitur ad Supremi huius Tribunalis competentiam non spectet, vel saltem quia Congressus eiusdem Supremi Tribunalis potestate iudicandi careat. Quamquam de potestate Congressus Supremi Tribunalis iudicandi quaestiones ad ipsum Tribunal delatas dubitatum nunquam fuit, nihilosecius, ne Congressus ipse in sua causa iudicium ferre videretur, opportunum visum fuit quaestionem hanc in iudicium plenariae Congregationis deferri. Idcirco ad tramitem art. 16 *Appendicis ad Regulas in huius S. T. iudiciis servandas*, R. P. D. Secretarius Praelatum Votantem in Vinculi Defensorem deputavit; et sub die 7 augusti 1922, praesentibus cum ipso Vinculi Defensore actricis et viri sui patronis, coram R. P. D. Secretario sequentia concordata fuere dubia:

1) *An infirmanda vel confirmanda sit decisio Congressus huius S. T. die 20 iunii 1922?*

Et quatenus affirmative ad primam partem;

2) *An actricis patronus ius habeat appellandi a decreto rotali diei 17 ianuarii 1922 ad S. T. Signaturae Apostolicae?*

3) *An confirmandum vel infirmandum sit decretum incidentale S. R. Rotae diei 17 ianuarii 1922?*

Et Emi ac Rmi Patres, re mature perpensa, rescripserunt:

Ad 1. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam: et interrogationes proponantur a Vinculi Defensore huius S. T. iuxta mentem panditam.*

Ad 2 et 3. *Provisum in primo. Et extendatur decisio.*

Rotalis Vinculi Defensor initio sui recursus scribit quod appellationem a Congressus decisione interposuerit, quum in casu non agatur de re, quae sit de competentia huius S. T. Signaturae, vel non sit certe de Congressus competentia. Et hoc probare nititur per textum tit. 3, cap. 2 *Regularum quae servandae sunt in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal.* Ibi enim statuitur quod quaestiones incidentes duplici modo proponi possunt: *solemniter* scilicet, *cum dubiorum propositione;* et tunc Turnus respondet per sententias incidentales seu interlocutorias, adductis rationibus in facto et in iure. Hae sententiae autem, si ab eis appelletur, videndae erunt ab ipsomet, qui eas tulit, Turno rotali. Et proponi possunt *per memoriale*, etiam manuscriptum, non propositis dubiis; et tunc, iuxta praescriptum § 88 *Reg. cit:* « Tribunal respondens *memoriali*, dat *rescriptum*, in quo « decidendi rationes utiliter sed non necessario, seu non ad validitatem « significandae sunt, quodque inappellabile est ». Quapropter, ait recurrens, quum rotalis decisio, in casu, hoc secundo modo data fuerit, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal competentia caret iudicandi super recursu adversus rotalem sententiam interposito.

Quodsi, urget ipse, in hypothesi, dixerimus rescriptum rotalis Turni aequivalere sententiae interlocutoriae habenti vim definitivae, tunc quoque de ea *exclusive* iudicare potest Turnus qui eam tulit, iuxta § 95 earundem *Regularum*. Ibi: « 1) Sententiae incidentales, illis haud exceptis quae vim « definitivae habere dicuntur, non admittunt appellationem et ne recursum « quidem ad alium Turnum; possunt tamen appellari apud Turnum qui « sententiam protulit ».

Concedit tamen Rotalis Vinculi Defensor hoc Supremum Tribunal competens esse tantum in casu gravaminis obventuri ex definitiva vel etiam interlocutoria sententia, ad tramitem art. 3 *Regularum servandarum in iudiciis apud S. Signaturae Apostolicae Tribunal:* « Querela nullitatis « produci potest non solum contra sententiam definitivam, verum etiam « adversus interlocutoriam sententiam a S. R. Rotae Tribunali quomodo- « cumque emissam, dummodo tamen gravamen aliquod inde sit oriturum, « quod per definitivam sententiam reparari nequeat; aut etiam ipsa sen- « tentia vim habeat definitivae ». Sed haec, in casu, non verificantur, dicit recurrens. Quin immo, subdit, post Codicis promulgationem sermo heic

haberi nequit de sententiae nullitate, quia sententia rotalis vitia non continet, de quibus agitur in can. 1892 et 1894. Etsi autem admittatur oriturum gravamen, hoc, ait ipse, irreparabile non est. Supersunt enim actrici remedia appellandi ad eumdem Turnum contra sententiam interlocutoriam, vel petendi novam causae propositionem post secundam sententiam definitivam conformem, vel recurrendi ad S. T. Signaturae Apostolicae, si nova causae propositio denegata a S. Rota fuerit (can. 1603, n. 5), vel demum recurrendi item ad S. T., pro restitutione in integrum (ibid. n. 4).

Post haec rotalis Vinculi Defensor addit quod, etiam Supremi huius Signaturae Apostolicae Tribunalis admissa competentia, in casu, haec tamen neganda omnino est Signaturae Congressui; quia Congressus iudicibus non constituitur; et eius auctoritas ad hoc unum coarctatur: sintne admittendi vel reiiciendi recursus S. T. porrecti (*Lex Propria*, can. 40; *Regulae servandae in iudiciis apud S. T. Signaturae Apostolicae*, art. 27); ad quam rem citat *Novarien., Refect. Damn.*, die 17 maii 1911, in qua, quum ageretur de sententia rotali utrum interlocutoria habenda esset; et quatenus affirmative, num esset nulla et circumscribenda, decisio non fuit data a Congressu, sed ab Emis Iudicibus in plenaria sessione.

Porro Emi Patres considerarunt, quod dispositiones *Regularum S. R. Rotae* (tit. 3, cap. 2, par. 88 et 95), quae appellationem vetant ab interlocutoriis sententiis, intelligendae sunt de appellatione ad idem S. R. Tribunal, cum quaestiones propositae fuerint per memoriale, non autem ad Apostolicam Signaturam, ad quam patet recursus; siquidem huic sunt leges, et peculiares normae quas Codex expresse (can. 243 § 1) confirmavit. Olim forte de competentia Apostolicae Signaturae dubitari, in his, poterat; sed postquam b. m. Benedicti XV prodiit *Chirographum* (28 iunii 1915), sublatus prorsus est omnis ambigendi locus; quippe qui Pontifex diserte ampliaverit huius S. T. competentiam: « ... ut Nostri Supremi « Tribunalis Signaturae augeatur seu certius definiatur competentia, tum « ratione recursuum in causis matrimonialibus tum ex capite nullitatis « et restitutionis in integrum... ».

Et quidem, in vim eiusdem Chirographi competentia huius S. T. circa nullitatem sententiarum S. R. Rotae, non coarctatur limitibus can. 1892 et 1894 signatis; recursus enim quoque admittitur si lata sententia sit manifesto vel contra legem vel non satis perpensa factorum veritate. Et haec latior competentia patet ex Regulis huius S. T. (art. 4) et ex earum Appendice (art. 1), atque ex sententiis eiusdem S. T. post Codicem emissis, ut in Paderbornen. 10 maii 1919 (*Nullit. Matr. De Laffert-Bartels*): « Legis « violatio sententiam nullam reddit, quia regulariter quidquid fit contra « ius nullius roboris est ». Et: « Quoties iudicium profertur super errore

« substantiali ex facto perverso, idem est ac si latum fuisset super docu-« mentis corruptis vel super falsis testimoniis ».

Quod autem non satis perspecta fuerit factorum veritas et legis praescriptum in causa de qua agitur, patet ex eo quod, saltem ex parte, petitum instructoriae supplementum non versetur super iisdem interrogatoriis, quodque, et si ita esset, gravis adest ratio, et causa est de illis quae nunquam transeunt in rem iudicatam (can. 1786). Ceteroquin Iudex huiusmodi supplementum instructoriae concedens, minime tenebatur actricem et testes interrogare super textu a patrono proposito; sed, prout cavetur praescripto can. 1968, super interrogationibus a Vinculi Defensore concinnatis eidemque Iudici clausis et obsignatis exhibitis.

Neque verum est quod ex hac denegata facultate denuo examinandi actricem et testes nullum eveniret actrici gravamen. Hoc enim certe haberetur, quia iudicii experimentum in alia sede conditionem actricis deteriorem redderet.

Competentia huius S. T. declarata, Emi Patres iudicarunt et Congressum huius S. T. competentem fuisse ad decernendum utrum recursus in casu admittendus vel reiiciendus esset. Etenim ipse, ad instar Congressuum S. Congregationum et Officiorum S. Sedis, potestatem habet expendendi et expediendi minora negotia (*Ordo servandus... Normae communes*, c. I, n. 3, 4)

Ac Signaturae Apostolicae Congressui duplex inest potestas: *administrativa* altera, altera vero *iudicialis:* quatenus est S. Sedis administrativum organum petitiones recipit ad Commissiones Pontificias aliaque id genus rescripta impetranda, eaque examinat, instruit et admittit vel reiicit (can. 1603, § 2; *App. ad Reg. huius S. T.*, art. 3 sqq.). Sed qua organum iudiciale potestate gaudet circa iustitiae administrationem (cfr. *Chirograph. Ben. XV*, die 28 iunii 1915); et hinc ad examen revocare potest decreta iudicialia S. R. Rotae et auditis, quatenus res ferat, partibus, seu re sufficienter instructa, decernere circa earumdem decretoorum meritum ea confirmans vel infirmans vel corrigens. Quodsi ipsemet Congressus iudicaverit rem sive in ordine administrativo sive in iudiciali esse gravis ponderis et difficultatibus implexam (*App.* cit., art. 13), hanc decisionem remittit ad plenam Signaturam.

Et quidem Supremo Tribunali Apostolicae Signaturae Emus Cardinalis Praefectus vice sacra praeest, ut in cit. *App. ad Reg. huius S. T.* art. 2 traditur: « Emus Card. Praefectus *vice sacra* praeest huic S. T., seu vice « fungitur Romani Pontificis *cuius nomine et auctoritate* signat commis-« siones *aliaque id genus rescripta* ». In *Regulis* autem huius S. T. edicitur: « Art. 27. Cardinalis S. T. Praefectus et R. P. D. Secretarius iudicabunt

« referendus necne sit recursus plenis Purpuratorum Patrum comitiis, « iuxta *Legem Propriam*, can. 40, n. 2 ». Denique in *Append. ad regulas:* « Art. 12. Congressui fas est concedere expetitam commissionem, *aut* « *alia indulgere, iuxta petita*, praesertim si partes, quarum interest, con- « cordent, neque quaestio sit nimis gravis et implicata ».

Ex his omnibus clare apparet, decisionem Congressus diei 20 iunii 1922 legitime prolatam fuisse. Accedit etiam praxis, prout in pluribus causis, quarum nonnullae sententiae in *Actis Apostolicae Sedis* quoque vulgatae sunt: ex. gr. *Clavaren. Incidentalis de Legato pio* diei 19 maii 1917; *Manilen. Circumscriptionis seu super decreto de interim exequendo* diei 28 aprilis 1917; *Tergestina. Incidentalis proventuum et emolumentorum* diei 26 februarii 1921, aliisque.

Neque Congressus potestati officit citatas decisiones, seu decreta, reiectionem recursuum contra incidentes rotales sententias respicere, quia competentia Tribunalium superiorum eadem semper est, sive confirmetur sive infirmetur inferioris Tribunalis sententia.

Quaestio denique in hodierno casu proposita, a Congressu huius S. T. non gravis neque implicata iure meritoque iudicata fuit; quia plana res est, iterum interrogari posse, gravi de causa, personas iam excussas in iudicio, adhibitis cautelis ad vitandum periurii periculum. Cui satis providetur per deputationem Defensoris vinculi (c. 1586), cui ad vitandas fraudes et subornationes, demandata est observantia praescriptorum canonum 1968-1969. – Itaque Emi Patres, prout supra, rescripserunt.

Et ita decisum, etc., non solum etc., sed et omni etc..

Iosephus Fameli, *Signaturae Votans.*

VISA

Evaristus Lucidi, *S. A. S. T. a Secretis.*

Iosephus adv. Fornari, *Notarius.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

CASERTANA

NULLITATIS MATRIMONII (MASTROIANNI–VENDEMMIA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Caietanae Vendemmia, in causa conventae, oriundae ex loco vulgo *Recale*, dioecesis Casertanae, quae anno 1910 degebat in civitate *Pittsburg* (U. S. A.), per praesens edictum eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis Sacrae Romanae Rotae (*Roma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94*) coram Nobis, die 11 mensis iunii 1923, hora undecima, ad dubium concordandum vel infrascriptum subscribendum et ad diem destinandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae de qua supra definitione.

Instante Patrono ex officio actoris Clementis Mastroianni, loci praedicti vulgo *Recale*, Adv. Aloisio Carabini.

DUBIUM

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi, Sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco praefatae Dominae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.

M. Massimi, *Ponens.*

L. ✠ S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 martii 1923.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

Traduction

Puisqu'on ne connaît pas le lieu de la demeure actuelle de Mad. Gaétane Vendemmia, défenderesse en cette cause, originaire de *Recale*, diocèse de Caserte (Italie), et qui en 1910 résidait à Pittsburg (Etats-Unis d'Amérique), Nous citons par le présent édit la même défenderesse à comparaître, en propre personne ou par un Procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (*Roma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94*) le 11 juin 1923, à 11 heures, pour concorder le doute ou souscrire celui ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote, à l'instance de l'avocat *ex officio*, Louis Carabini, procureur de Clément Mastroianni qui demeure à *Recale*.

DOUTE

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, ayant connaissance du domicile ou de lieu de la résidence de la dite défenderesse, doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

M. Massimi, *Ponent.*

L. ✠ S.

Donné à Rome, le 20 mars 1923.

Jean Ladelci, *Notaire de la S. R. Rote*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 6 marzo 1923, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli E.mi e R.mi Signori Cardinali, e i R.mi Prelati e Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del *Tuto* per la solenne beatificazione della Ven. Teresa del Bambino Gesù, Monaca professa delle Carmelitane Scalze; indi sul dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Michele Garicoïts, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Preti del Sacro Cuore, detta di « Betharram »; i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione del medesimo Ven. Servo di Dio.

Martedì, 20 marzo 1923, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli E.mi e Rev.mi Signori Cardinali e col voto dei R.mi Prelati Officiali e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria*, per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Maria Bernarda Soubirous, delle Suore della Carità ed Istruzione Cristiana di Nevers.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

23 gennaio 1923. Monsig. Francesco Marchetti-Selvaggiani, Arcivescovo tit. di Seleucia d'Isauria, *Consultore della S. C. degli Affari Ecclesiastici Srtaordinari.*

15 febbraio » Monsig. Evaristo Lucidi, *Consultore della S. C. degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

5 marzo » L'E.mo Sig. Card. Michele Lega, *Protettore dell'Arciconfraternita di S. Rocco in Roma.*

6 » » L'E.mo Sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Carità della Ven. Maddalena Di Canossa.*

» » » Il R.mo P. Francesco Saverio Ronayne, dei Carmelitani, e il R.mo P. Adeodato da S. Giuseppe, dei Carmelitani Scalzi, *Consultori della S. C. dei Religiosi*

11 marzo 1923. L'E.mo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore della Congregazione Olivetana dei Monaci di S. Benedetto.*

» » » Monsig. Francesco Marchetti-Selvaggiani, Arcivescovo tit. di Seleucia d'Isauria, e Monsig. Francesco Borgongini-Duca, *Consultori della S. C. per la Chiesa Orientale.*

16 » » Monsig. Francesco Guglielmi, *Uditore della S. R. Rota.*

17 » » L'E.mo Sig. Card. Vittorio Amedeo Ranuzzi De Bianchi, *Protettore della Congregazione dei Preti dell'Oratorio.*

» » » L'E.mo Sig. Card. Camillo Laurenti, *Protettore delle Canonichesse Regolari di S. Agostino di Jupille (Belgio).*

» » » Monsig. Michele Cerrati, Vescovo tit. di Lidda, e il Rev.mo P. Serafino Cimino, O. F. M., *Consultori della S. C. Concistoriale.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

10 marzo 1923. Monsig. Giuseppe Scatti, Vescovo di Savona.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

1 dicembre 1923. Monsig. Alfredo Pegado De Castro Cortez, della diocesi di Natal.

16 febbraio » Monsig. Lorenzo Siccardi, dell'archidiocesi di Genova.

14 marzo » Monsig. Giovanni Edoardo Marques, della diocesi di Beja.

15 » » Monsig. Agostino Mercier, della diocesi di Luçon.

Prelati Domestici di S. S.:

16 febbraio 1923. Monsig. Giovanni Battista D'Isengard, della diocesi di Sarzana.

26 » » Monsig. Gaetano De la Fontaine, dell'archidiocesi di Rouen.

1 marzo » Monsig. Filiberto Plisset, della diocesi di Autun.

3 » » Monsig. Giuseppe Climént y Ureta, della diocesi di Pamplona.

12 » » Monsig. Michele Hichey, dell'archidiocesi di Dublino.

13 » » Monsig. Sestilio Giulianelli, della diocesi di Viterbo

14 » » Monsig. Giulio Belvederi, dell'archidiocesi di Bologna.

15 » » Monsig. Alessandro Poirier, della diocesi di Luçon.

17 » » Monsig. Antonio Popoli (Roma).

21 » » Monsig. Alberto Arborio Mella di S. Elia (Roma).

» » » Monsig. Giacomo Byrne, dell'archidiocesi di Brisbane.

» » » Monsig. Michele Potter, della medesima archidiocesi.

24 » » Monsig. Enrico Cajazzo (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

26 febbraio 1923. Al sig. conte Edoardo De la Jaille, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell'Ordine Piano:

26 febbraio 1923 Al sig. Giovanni Keller, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 marzo 1923. Al sig. Saba Bey Iassa, della diocesi di Tebe (Egitto).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 marzo 1923. Al sig. Vincenzo Carignani, marchese di Trepuzzi, della archidiocesi di Napoli.
» » » Al sig Enrico Rondinella, della medesima archidiocesi.
22 » » Al sig. ing. Nicola Parisi, dell'archidiocesi di Capua.
» » » Al sig. Alessio Pio Cortis (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 settembre 1922. Al sig. Guglielmo Windhaus, della diocesi di Paderborn.
30 gennaio 1923. Al sig. Enrico Gerin Rose, dell'archidiocesi di Rouen.
» » » Al sig. Carlo Alessandro Houbart, della medesima archidiocesi.
11 Febbraio » Al sig. Filippo Kenyon Wake, della diocesi di Leeds.
23 » » Al sig. Salvatore Moreno Arriaga, dell'archidiocesi di Messico
1 marzo » Al sig. Edoardo Houette De la Chesnais, della diocesi di Autun.
3 » » Al sig. dott. Foad effendi Iassa, della diocesi di Tebe (Egitto).
» » » Al sig. Alfredo Thiriez, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Andrea Boutry, della medesima diocesi.
5 » » Al sig. Giovanni Ubachs, della diocesi di Ruremonda.
» » » Al sig. Clemente Marres, della medesima diocesi.
7 » » Al sig. Raffaele Angelino, dell'archidiocesi di Napoli.
9 » » Al sig. ing. Pietro Burdy, della diocesi di Autun.
» » » Al sig. avv. Gustavo Nivet, della medesima diocesi.
10 » » Al sig. Gaspare Arturo Carette, dell'archidiocesi di Quebec.
12 » » Al sig. avv. Paolo Lombard, della diocesi di Marsiglia.
15 » » Al sig. Guglielmo Bredius, della diocesi di Haarlem.
17 » » Al sig. Francesco Muscatiello, dell'archidiocesi di Bari.

20 marzo 1923. Al sig. Teodoro Maria Francesco Schaepman, della diocesi di Haarlem.
» » » Al sig. Emilio Nambotin, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Antonio Mingoli (Roma).
» » » Al sig. Francesco Vergriete, della diocesi di Lilla.
24 » » Al sig. Ludovico Nereo Lévesque, della dioc. di San Giacinto
» » » Al sig. ing. Francesco Capponi, dell'archidiocesi di Milano.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

20 marzo 1923. Al sig. cav. Carlo Riva, dell'archidiocesi di Torino.
24 » » Al sig. cav. Giuseppe Leone Moris, della diocesi di Massa.

Il Cavalierato di San Silvestro Papa:

11 febbraio 1923 Al sig. avv. Cesare Viviani, dell'archidiocesi di Siena.
7 marzo » Al sig. Angelo Nava, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Felice Rigamonti, della medesima archidiocesi.
8 » » Al sig. Vincenzo Roppo, dell'archidiocesi di Bari.
20 » » Al sig. Cesare Trucchi, dell'archidiocesi di Torino.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. R.ma Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

18 febbraio 1922. Monsig. Angelo Abbondio, della diocesi di Lugano.
10 aprile » Monsig. Felice Camponovo (Roma).
21 giugno » Monsig. Gregorio Papp, della diocesi di Oradea Mare (Gran Varadino).
6 febbraio 1923. Monsig. Riccardo Schüller (Roma).
22 » » Monsig. Michele Leon Prado, dell'archidiocesi di Santiago.
23 » » Monsig. Paolo Volpe, della diocesi di Ascoli e Cerignola.
» » » Monsig. Paolo Sannella, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pasquale Traversi, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Carlo Thury, della diocesi di Vacia.
27 » » Monsig. Giuseppe Rosenberger, della diocesi di Secovia.
» » » Monsig. Emilio Pelikan, della diocesi di Brünn.
» » » Monsig. Carlo Boček, della diocesi di Budweis.
» » » Monsig. Antonio Melka, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Staněk, della medesima diocesi.

1 marzo 1923. Monsig. Francesco Romano, della diocesi di Sessa Aurunca.
7 » » Monsig. Francesco Bistauros, della diocesi di Minia-Ermopoli (Egitto).
13 » » Monsig. Antonio Gallucci, dell'archidiocesi di Gaeta.
» » » Monsig. Antonio Castellucci (Roma).
» » » Monsig. Gregorio Lakota, della diocesi di Premislia (Galizia).
» » » Monsig. Agostino Mancinelli, della diocesi di Città di Castello.
» » » Monsig. Ernesto Piani, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Bologni, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Uberto Delatena, della diocesi di Friburgo.
» » » Monsig. Giacomo Rubatto, dell'archidiocesi di Torino.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

20 marzo 1923. Il sig. Francesco Nicola Blundell, della diocesi di Liverpool.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

22 febbraio 1923. Monsig. Giuseppe de los Santos Manobrera, della diocesi di La Serena (Chili).
27 » » Monsig. Pietro Sinopoli, della diocesi di Nicosia.
8 marzo » Monsig. Celestino Grossi, dell'archidiocesi di Gaeta.
15 » » Monsig. Bosio Riccardo Federici (Roma).
» » » Monsig. Fortunato Raspanti (Roma).
» » » Monsig. Antonio Bacci (Roma).
16 » » Monsig. Giacomo Olrik (Danimarca).
» » » Monsig. Antonio Neuvel (Danimarca).

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

27 febbraio 1923. Monsig. Giuseppe Numa Maingot, dell'archidiocesi di Porto di Spagna.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

2 marzo 1923. Il sig. prof. Pietro Amoroso, dell'archidiocesi di Bari.

NECROLOGIO

7 marzo 1923. Monsig. Giovanni Augusto Francesco Eutropio Eyssautier, Vescovo di La Rochelle.
18 » » Monsig. Maurizio Burke, Vescovo di St Ioseph (U. S. A).
» » » Monsig. Giovanni Giuseppe Martel, Vescovo di Digne.
22 » » Monsig. Giovanni Enrico Norton, Vescovo di Port-Augusta.